

**Dissertatio. De emolumentis, et optima methodo insitionis variolarum /
Accedunt, ejusdem epistola ad D. van Gesscher, de emolumentis sectionis
synchondroseos, ossium publis in partu difficili cet ... nunc primum Latine
reddita. Nec non animadversiones criticae in illustrissimi G.L.B. van
Swieten Commentaria de variolis.**

Contributors

Camper, Petrus, 1722-1789.
Gesscher, David van, 1736-1810.

Publication/Creation

Groningae : Apud Henricum Crebas, 1774.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/t22ny55b>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



602/B/²F. XVIII 18/c

1. ed.

HA 4081

1 blank leaf
3 leaves

248 pp.

11 leaves

1 blank leaf

2 folding plates

XIII/316.

B47h

82

PETRI CRAMERII

Medici et Philosophi

DISSERTATIO,

De Emolumentis, et Optima
Methodo in Curia Variolosa.

T O L O S A E.

An Acad. Regiæ Scientiarum FRATERNITATIS
MEDICÆ.

ANNO MDCCCLVI.

THOMAS CRISTOLA Ed. cur.

Librer. de emolumentis, et
his Synchronis, et curia Paris
in Parisiis, MDCCLVI.
primis Latine redactis.

Animadvertentia Criticæ in illis


Artibus G. L. E. van SWIEGEN.

Commissarius de Variolis.

C R A M E R I I

AD HENRICUM DE V. S. S. S.

HOCHSCHULE.



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30516389>

PETRI CAMPER.

*A. L. M. Phil. et Med. D. Anat. Chir. et Med.
Profess. Honor. in Ill, Athen. Amstel. Cet.*

DISSERTATIO.

De Emolumentis, et Optima
Methodo Infitionis Variolarum.

T O L O S A E.


Ab Acad: Regia Scientiarum PRAEMIO
condecorata. Anno MDCLXXII.

ACCEDUNT,

Ejusdem EPISTOLA ad *D. van*
Gesscher, de emolumentis Sectio-
nis Synchronoseos ossium Pubis
in Partu difficili cet. *nunc*
primum Latine reddita.

NEC NON

Animadversiones Criticae in Illu-
strissimi G. L. B. van SWIETEN
Commentaria de Variolis.



Almaam

G R O N I N G A E,

Apud HENRICUM CREBAS, Bibliopolam.
MDCCLXXIV.

P. C A M P E R

LECTORI BENEVOLO.

S. D.

Dissertationem **TIBI** tandem
obfero, *de emolumentis, et optima
methodo insitionis variolarum*, pau-
cis additis; sed eo lubentius,
quia praecipua complectitur,
quae in Observationibus de Va-
riolarum Insitione, Anno 1770.
Leovardiae Belgice editis, repe-
riuntur. Hac ratione quodam-
modo satis facere potero Amicis

P. C A M P E R

meis Exteris, qui observationes
eas in latinam linguam, utpote
magis universalem, translatas de-
siderabant, quamquam Lipsiae
A°. 1772. Germanice prodie-
rint.

Adjeci etiam animadversiones,
quas in L. B. VAN SWIETEN
commentaria in Usum Auditorum
meorum feceram: hae enim in-
star supplementi haberi possunt.

Multi etiam mihi suaferunt,
ut epistolam, de sectione ossium
pubis in partu difficili, Latine
red-

LECTORI BENEVOLO.

redderem, et evulgarem; obtemperavi igitur et eorum petitioni, ea inprimis spe incitatus, ut tandem aliquando in capite damnata instituatur experimentum, quod commoda tanta pollicetur Generi Humano!

Opusculum illud plus quam octo menses prelum exercuit, saepius interruptum, et variis negotiis, quibus distrahebar, retardatum. Rogo itaque L. B. ut prius corrigenda consulat: innumera enim menda typographica

P. CAMPER &c.

phica irrepperunt, quae nullo
modo praevenire potui. Dabam,
ex Praedio Lancumano, mense
Octobris Anni MDCCLXXIII.


P. CAM-

P. C A M P E R

D I S S E R T A T I O

DE EMOLUMENTIS, ET
OPTIMA METHODO, INSI-
TIONIS VARIOLARUM

*TOLOSÆ AB ACAD: REGIA
SCIENT: PRAEMIO CONDECO-
RATA ANNO MDCCLXXII.*



P R Æ F A T I O.

*NŌBILISSIMI, ATQUE
CELEBERRIMI VIRI!*

Problema, cujus solutionem
ante finem Januarii 1772.
in merc: Gall: mensis Octobris
A de-

desideravistis ita sonat, *Determiner les avantages, et la meilleure methode d'inoculer la petite verole.*

Id est: Determinare emolumenta et optimam methodum inferendi variolas. Comprehendit igitur *primo* Emolumenta omnia, seu commoda variolarum arte acquifitarum prae naturalibus; *secundo* optimam administrandi methodum. In duas idcirco sectiones hanc dissertationem dividam, atque breviter singula pertractabo; ita tamen, ut, quae experientia didicerim, enucleatius explicem: Academia enim Vestra non potuit collimasse collectionem, seu compilationem observationum clarissimorum virorum super hac re, sed certo certius quaesivit,
ut

ut speciatim illa emolumenta, quae prae naturalibus infititiae variolae habent, dilucide ob oculos ponerentur. Expectat igitur explicationes symptomatum utriusque, tam naturalis, quam artificialis morbi, ut ex hac comparatione elucescat, utrum, et quae-nam emolumenta variolae artificiales habeant prae naturalibus? Non desideratis proinde Viri Celeberrimi! ut denuo ex variis mortalitatum indicibus colligatur summa mortuorum ex utraque causa.

Haec toties ad summam evidentiam usque fuere exposita, atque millies repetita, ut, nisi quis luce meridiana coecutire vellet, a nemine indubium vo-

cari possint. Scilicet, rarissime aliquem mori ex insitione: LEUTHNERUS quippe in praefatione, quam germanicae editioni DIMSDALII adjecit, demonstravit ex 107.624. qui insitionem passi fuere, 23. decessisse, id est ex 4.679. unum fatum subiisse. Ubi saepissime fatales sint naturales variolae: in universum enim ex 4. 1. periit, vel ex 13. duo; ex 107.624. igitur mortui fuissent 16.556. Insitione proinde servati sunt 16.533. homines. Haec emolumenta vitam spectant ut TISSOTI verbis utar: neque ulteriori indigent demonstratione. Illa vero, quae symptomatica spectant, nondum, nisi me omnia fallant, manifeste exposita sunt

sunt, ea proinde ex industria pertractabo.

Methodus administrandi insitionem diversimode a multis considerata fuit: aliqui enim, apto regimine, et remediis, primum corpus aegri futuri praeparare voluere, ut commodius morbi decursum obiret: alii hanc fucam praeparationem nonmodo neglexerunt, sed tanquam inutilem, ac abominabilem prorsus rejecerunt. Aliqui aetatem, sexum, et anni tempora respexerunt, quae omnia iterum ab aliis levidensia, et vix alicujus momenti fuere habita. Aliqui non nisi sanis, et boni habitus insitionem commendarunt, quum permulti e contrario nullum mor-

bum excipiunt, dummodo ex febre, dysenteria vel similis morbo nondecumbant.

Requiritis, meo iudicio, optimam methodum, non contagium communicandi, seu Chirurgiam, sed processum integrum et administrationem medicam. De qua uberius agam, quia maxime interest, utrum praeparatio necessaria sit, et quatenam? ut et, qualia remedia requirantur? Chirurgiam tamen non negligam, simplissimam vero proponam.

Si his lucubrationibus suffragia vestra meruero, gaudebo, sin minus, hoc contentus ero, me in commune commodum hanc Dissertationem composuisse.

D E-

DE EMOLUMENTIS 7

SECTIO PRIMA.

De Emolumentis Infectionis variolarum.

Quoniam variolae semper sunt eo periculosiores, quo numero plures, bifariam eas unanimi consensu medici diviserunt, in confluentes, ac discretas, has benignas, illas fatales judicantes: etiam ad pustularum varias dispositiones attenderunt, habueruntque optimas, quae magnae pus album formabant; pravas vero, quae parvae, ichorosae, crystallinae, gangraenosaeque erant. Praesertim, si eas simul petechiae comitarentur; gangraena quippe eas, et certa mors, insequuntur,

8 DE EMOLUMENTIS.

tur, atque maculae lividae post-mortem corpus omne deturpant.

Huc usque nondum, nequidem conjectura, assequi potui unde nam accidat, ut variolosum virus petechias, febremque putridissimam toties provocet, quia virus ipsum dissert, et a febre variolosa diversissima est? accidit tamen, proh dolor! ut saepius a naturalibus variolis accendatur petechialis febris, semper fere lethalis!

Negare vero haud possum me bis, non in meis, sed aliorum aegris, vidisse petechialem febrem coincidentem cum variolosa artificiali, et quidem in infantibus, quorum sanitas ante insitionem perfectissima existimabatur. Pro-
ba-

babile semper mihi visum fuit,
 constitutionem illam, quae pete-
 chiis opportuna est, esse prorsus
 incognitam : contingit enim, ut
 pessimae sint et fatales in iis, qui
 per integrum anni decursum non
 nisi blandis, atque acescentibus,
 acidisque alimentis usi sunt, qui
 omnes carnes, omnes pisces, et
 quicquid pinguedinosum est, vi-
 tarunt : e contrario autem, ut in
 iis, qui ad excessum usque omnis
 generis carnes comederunt,
 piscesque devorarunt, atque vi-
 num magna copia ingurgitaverunt,
 variolae optimae reperiantur.
 Quicquid de alcalina, quicquid
 de acida temperie somniarunt
 Chemicis, erroneum videtur. Fa-
 teri oportet nostram hac in re
 B igno-

ignorantiam , ceu statuendum , hanc temperiem nondum exacte exploratam fuisse. Id interim certissimum est, miasma variolosum per se , vel ut curatius loquamur , sua natura non producere hanc putredinem. Nam hac conditione in insitivis variolis constanter adestet , quemadmodum in Lue Bovilla , insitione communicata, semper febris putrida accenditur , et saepe aeque terribilis ac Lues naturaliter armenta aggrediens.

Non novi a quopiam signis indubitatis dispositionem hanc, in corpore latitantem praevisam fuisse. Id autem evidens est saepius concomitari variolas naturales, rarissime artificiales.

§. 2. Variolae Naturales maxime in facie, in manibus, et, contra omnem Theoriam, in iis partibus corporis humani multiplicantur, quae magis ceteris aeri expositae sunt, adeo ut confluant frequentur in facie, licet super reliquum corpus satis discretae sint; Arbitratus ideo sum attendendum esse ad pustularum numerum relative ad superficiem, quam occupant, quod, propter multitudinem, fere impossibile est in naturalibus, numeravi idcirco in artificialibus, semper exactissime, non modo summam pustularum, quemadmodum DIMSDALEUS atque WATSONUS fecerunt, sed speciatim illas faciei, ut detegerem utrum in ar-

12 DE EMOLUMENTIS.

tificialibus similis ratio daretur.

En Tabulam! sed pustulas non attendimus, quae circa plagas exoriuntur; quas etiam WATSONUS non recensuit.

No.	Super Corpus.	Infacie.	Intotum Pust.
I habuit	29 . . .	6 . . .	35.
2 . . .	29 . . .	8 . . .	37.
3 . . .	15 . . .	0 . . .	15.
4 . . .	12 . . .	0 . . .	12.
5 . . .	250 . . .	50 . . .	300.
6 . . .	1 . . .	0 . . .	1.
7 . . .	41 . . .	9 . . .	50.
8 . . .	18 . . .	2 . . .	20.
9 . . .	152 . . .	35 . . .	187.
10 . . .	70 . . .	30 . . .	100.
	<hr/> 617 . . . <hr/>	<hr/> 140 . . . <hr/>	<hr/> 757. <hr/>

INSITIONIS. 13

	617 . . .	140 . . .	757.
11 . . .	21 . . .	4 . . .	25.
12 . . .	11 . . .	4 . . .	15.
13 . . .	258 . . .	55 . . .	313.
14 . . .	100 . . .	45 . . .	145.
15 . . .	46 . . .	22 . . .	68.
16 . . .	50 . . .	14 . . .	64.
17 . . .	3 . . .	2 . . .	5.
18 . . .	4 . . .	2 . . .	6.
19 . . .	50 . . .	14 . . .	64.
20 . . .	43 . . .	4 . . .	47.
21 . . .	34 . . .	3 . . .	37.
22 . . .	10 . . .	5 . . .	15.
23 . . .	258 . . .	55 . . .	313.
24 . . .	109 . . .	45 . . .	154.
25 . . .	764 . . .	236 . . .	1,000.
26 . . .	17 . . .	2 . . .	19.
27 . . .	6 . . .	0 . . .	6.
28 . . .	3 . . .	1 . . .	4.

2.404 . . . 653 . . . 3.057.
== == ==

14 DE EMOLUMENTIS.

	2.404 . . .	653 . . .	3.057.
29	4	1	5.
30	43	7	50.
31	19	6	25.
32	71	10	81.
33	11	1	12.
34	27	3	30.
35	2	1	3.
36	240	60	300.
37	5	1	6.
38	8	1	9.
39	312	78	390.
40	1	1	2.
	<u>3.147 . . .</u>	<u>823 . . .</u>	<u>3.970.</u>
	<u><u>==</u></u>	<u><u>==</u></u>	<u><u>==</u></u>

3970
 $\frac{3970}{5}$ dant 971. pro summa in
 facie : satis tuto igitur $\frac{1}{5}$ pars
 summae in quolibet aegro faciei
 adnumerare licet.

Divi-

Divide numeros in decem partes, pustularum summa etiam, in his subdivisionibus, per 5 divisa exhibebit pustularum copiam, quae faciem corripit.

Ut differentia haec clarius elucescat, primum tota superficies corporis considerata est: haec se habet ad illam faciei ut 50 ad 1. Variolae igitur, ut aequae discretas essent in facie, atque in reliquo corpore, ubi summa est 1.000. tantum 20. comprehendi deberent in facie, quod tamen non contrahit: nam, $\frac{1}{5}$ id est 200. in universum in facie exhibet. Si 10.000. in toto corpore dantur pustulae, 2.000. in facie, id est confluentes in facie, quae discretas sunt in corpore.

Id

Id in naturalibus quotidie videmus, eatenus igitur perfectissime conveniunt cum insitivis.

Quoniam vero numerus pustularum variolarum artificialium valde parvus est, etiam et ille faciei erit minor proportionaliter, et rarissime, si unquam, confluent.

Si statuamus numerum maximum pustularum insitione acquistarum esse 1.000: maximum autem in pessimis confluentibus naturalibus esse 100.000: insitionis emolumentum erit valde sensibile; scilicet, summa artificialium, ad summam naturalium uti 100. ad 10.000: uti 1: 100.

Secundo quoniam in naturali aequè atque in artificiali morbo,

bo, quemadmodum demonstravimus, haec ratio constanter obtinet, patet, frustra remedia specifica, de quibus in altera sectione agam, ad diminuendas pustulas in facie adhiberi, nisi summa totalis imminuatur: quod non nisi infectione fieri poterit, cujus praesentia inde quam clarissima est.

§. 3. Omnes medici, inter quos RHASES, SYDENHAMUS, MEADIUS, HUXHAMUS, aliique eminent, intumescientiam faciei, quae 7, vel 8. die: et manuum, pedumque, quae 9. vel 10. die post eruptionem observatur, criticam habuerunt: adeo, ut SYDENHAMUS maximam spem salutis in ea statuatur: quamquam non modo MEADIUS

G

fed

sed et Nos saepissime viderimus morientes ea ipsa sub conditione, idest dum facies maxime tume-
bat.

Re igitur exactius examinata arbitrati sumus, hanc intumescen-
tiam nullomodo esse criticam; sed proportionatam numero pustula-
rum: super facie idcirco rarissime tumor observatur in insitione, nisi
ultra 50. dentur pustulae, etiam non in manibus ac pedibus.
Quorum intumescentiae, non quia materies critica prius caput, dein
inferiora membra occupat, sed ideo tardius conspiciuntur, quo-
niam pustulae tardius in pedibus, quam manibus, ac in facie erum-
punt.

Imminuto igitur numero vario-
la-

larum intumescencia illa, quam semper coma concomitatur, et salivatio erunt imminutae: et quidem adeo, ut omnino nulla intumescencia, nullus soporofus affectus, nulla salivatio, nullus manuum, vel pedum tumor observetur, si, quemadmodum in insitione frequenter contingit, vel nullae, vel decem ad summum infacie pustulae dantur.

Intumescenciae hae igitur non sunt criticae, sed verae sequelae inflammationis cutis, et panniculi adiposi; Si vero critica esset haec inflatio, eo major foret intumescencia, quo minor copia pustularum, quod tamen neutiquam obtinet: nam ubi paucae vel nullae pustulae, ibi nulla intume-

scientia. Idem de salivatione censendum.

§. 4. Salivatio ex duplici causa oritur, ex universali capitis intumescencia, unde parotides, submaxillares et sublinguales glandulae simul afficiuntur, ubi confluunt pustularum abscessus; atque ex pustulis ipsis, fauces, linguam, palatum, ac gingivas obsidentibus, in quo ultimo casu salivatio valde salutaris est: nam salivae copiosioris affluxu emolliuntur hae partes, aeque atque oculus inflammatione correptus lacrymis.

Haec ratio est, cur a MEADIO
p. 334. in adultis salivatio primis
diebus post eruptionem salutaris
statuatur, in infantibus vero,
quia

quia rarissime exspuunt, in salutarem potius abire diarrhaeam: credibile videtur, infantes, exspuitioni non assuetos, deglutire salivam.

Quoniam in insitivis, ubi paucae, vel nullae pustulae sunt, nulla salivatio observatur, evidens est, salivae secretionem nullo modo esse criticam, sed occasionalem, ex duabus his causis oriundam.

Requiritur itaque, ut numerum pustularum imminuendo salivam sistamus; quod tamen in naturalibus nullo remedio effici huc usque potuit, sola insitio huic imminutioni idonea est, unde luce meridiana clarius est, emolumentum magnum habere insitionem

prae naturali variolarum morbo.

§. 5. Variolae Naturales non modo descriptis symptomatibus aegrotos excruciant, sed et faucium inflammationes, ac tussim efficiunt, praesertim 7. 8. vel 9. die post eruptionem, quae omnia etiam in discretis locum habent, ubi multae pustulae faciem, ac fauces occupant: omnis enim harum partium inflammatio passiva est, seu sequela pustularum, omnis tussis signum, pustulas intra asperam arteriam dari. Haec valde molesta sunt aegris, praesertim pusillis; in insititiis rarissime ulla inflammatio, aut tussis, nisi ubi plures linguam, fauces, vel asperam arteriam occupant, uti ali-

aliquando contingit, sed tum raro diu durant.

Quoniam non nisi insitione numerus pustularum etiam in his partibus imminuitur, patet facile, inde omne emolumentum ac solatium expectanda esse.

§. 6. Multi etiam Medici expectarunt per urinas materiem morbosam expulsam iri, quapropter criticam censuerunt; nulli tamen minorem constantiam, quam in hac materie, observavi. Nam in aliquibus 5. 6. vel 7. die urinam variolosam deprehendi, in aliis 10. ac 11. die, etiam 12. die post insitionem, adeo ut aliquando per integrum morbi decursum maneret, donec laberentur pustulae.

In

In uno aegro lotium suam pelluciditatem retinebat ad 13. diem, licet 8. febris, et 9. eruptio adfuerint. In aliquibus urina turbida, pellucida, et vicissim varia erat.

Sedimentum, seu hypostasis, non erat in ratione directa pustularum, neque in ratione inversa: idest paucis pustulis major turbulentia non aderat, neque contra. Etiam, pro majori excretione hujus materiae, aegri non melius valebant; unde conclusi non esse criticam materiem, sed huic morbo peculiarem, cujus praesentia, absentia, aut copia nullum prae-
vum aut bonum signum exhibet. Dat tamen signum certissimum in-
fiti-

sitionem bene cepisse, etiam si nulla pustula conspiciatur.

Singularis fuit casus Juvenis, cui per tres dies rigor, ac lumborum intolerabilis dolor aderant, quae omnia durabant, donec eruptione paucarum pustularum levaretur. Urina toto eo tempore pellucida manserat, neque turbida ac variolosa evadebat, nisi post quam per eruptionem omnia sedata erant symptomata.

§. 7. Febris Secundaria, quae putrida, seu febris maturationis a SYDENHAMO, suppurationis ab aliis vocatur, in optimo genere variolarum die undecimo post eruptionem, in mediocriter maligno die 14; in pessimo vero

17. die se manifestat, haec in universum ab omnibus practicis puri resorpto adscribitur, praefertim ei, quod sub variolarum crustis colligitur.

Haec materies febrim accendit vehementem saepe, atque simul novas producit pustulas variolosas, quae ferotinae dicuntur, et per universum corpus morbum veluti de novo efficiunt; saepe in internis visceribus traegediam ludentes, abscessus varios, phthisin et mortem producunt. Hae super corneam, quod ipsa morte in pauperibus tristius est, coecitatem inducunt, vel unum ex oculis destruunt, vel ita deturpant, ut macula opacis-

cissima , seu staphyloma corneae pulchritudinem adimat.

In naturalibus variolis igitur haec febris secundaria, quia perpetua est, atque denovo aliquot pustulas producit, semper periculosa censenda est: et praecipue visui terribilis, quia oculi, maxime in discretis, hac febre afficiuntur.

Omnes medici celebres, SYDENHAMUS, MEADIUS, et F. HOME, frustra conati fuerunt avertere haec nova symptomata tum Venae sectionibus, tum purgantibus, vel utrisque simul; quemadmodum SYDENHAMUS, qui prius venam secandam, et non nisi 13. die post eruptionem purgans exhibendum

esse censet. Cl. HOME observat neutrum profuisse militibus Brittanniae dum A^o 1747. in Hollandia hoc contagio corripiebantur.

Si, quamdiu variolae in Europa cognitae fuere nullum specificum excogitatum fuit, si per octo saecula, quibus duravit haec pestis, nullo remedio symptomata haec lenire potuere medici, quid quaeso sperandum nobis, quid Posteritati nostrae? ad Infirmitatem velut Sacram Anchoram confugiendum, quia pustularum numerus tum exiguus est, et secundaria febris non nisi rarissime detegitur; adeo, ut praecipui in hac arte viri, inter quos DIMSDALEUS et WATSONUS

NUS recensendi, de hac febre
secundaria omnino fileant, alii-
que acriter defendant nunquam
observatam fuisse.

Errant autem quam maxime,
fateri enim non piget, me ter (a)
eam observasse in 100. aegris a
me umo anno inoculatis: sine
ulla prava sequela induobus adul-
tis, femina ac viro, sedata fuit,
licet fatis multae pustulae prodi-
rent ex hac secundaria febre. Ve-
rum puellam 8. annorum asth-

D 3 ma-

- (a) Infitionem administravi Nobili puellae
5 annor. 3 Aprilis 1772. coloris pallide-
obscuri, ita ut multas postulas et prae-
dixerim, et plures in ea viderim quam
ipse expectassem: haec 25. Aprilis febrem
secundariam passa est, seu 7. die post
eruptionem, sed novas pustulas non ob-
servavi nisi, super corneae partem infe-
riorem oculi sinistri, unicam, quae 7
Maji penitus evanuit.

maticam terribiliter exagitabat, propellens per universum corpus non modo permultas pustulas, sed unam super oculum dextrum cum inflammatione vehementi, quae nullis auscultans remediis, diu duravit et nephelion, seu maculam super corneam reliquit, quae tamen visum non impedit.

Notatu autem dignum est, tres illos aegros, ex diversis familiis, habuisse idem temperamentum, et permultas variolosas pustulas, quemadmodum praedixeram. Concludo febrem secundariam in insitivis esse possibilem, sed rarissimam, forte in mille vix decies contingit, quamquam in naturalibus semper oboriatur; est igitur

tur et hoc egregium emolumentum, quo prae naturalibus artificiales militant.

§. 8. Bis tantum novi oculum inde inflammatum fuisse remanente macula: nullum oculum inde destructum novi: In magno numero, qui infitionem passi sunt, nullum integrae coecitatis novi exemplum; quum e contrario milleni homines variolis naturalibus visum perdunt, et praecipue infantes, in quibus tamen, si Theoria plurimorum locum haberet, propter humores nondum scorbuto vel venerca labe corruptos, omnino non contingere deberet. Per totam Europam hujus veritatis millena tris-

tissima exempla (*b*) prostant : non modo in celebrioribus urbibus, sed ruri, ubique elaeomofynis aluntur hi infelices; qui, licet vivant, tamen reliquis fociis graves esse solent, quia pro iis victus quaerendus est.

Superat igitur infitio naturalem ingressum variolarum praesertim hoc admirabili emolumento!

§. 9. Taceo nunc suppurationes

(*b*) In Novellis Salutaribus, seu Gazette Salulaire. No. XXVI. 25 Junii 1772. confirmatur tristissimo exemplo haec veritas: Tonfor pannorum laneorum, sedanensis, adeo infelix fuit, ut ex sex infantibus variolis naturalibus correptis, quinque prorsus coeci evaserint, sextusque unum oculum amiserit. exclamat merito author: quanta desolatio! an par est ut, post tot infortunia, inoculationem variolarum recusemus?

nes acerrimas quae sub cute,
 saepe in cartilaginibus juniorum
 oriuntur ; mitto phthises lente
 mortales , et asthmata perpetua,
 quae naturales variolas toties in-
 sequuntur. Transeo abortus va-
 rios , quos produxere variolae
 naturales. Nunquam horum quip-
 piam post insitionem fuit obser-
 vatum ; nunquam caries , vel spi-
 na ventosa ; nunquam abortus :
 nam DIMSDALEUS (a) me-
 retriculis , quae celarant gravid-
 tatem spe abortiendi , insitionem
 administravit absque ulla prava
 sequela ; etiam partus inde non
 fuit acceleratus , licet septimo
 mense fuerit inoculata prae-
 gnans ;

(a) The present Method of inoculating for
 the smallpox 3th. Edit. 1767. p. 21.

gnans : peperit enim (b) justo tempore.

§. 10. Emolumentum insuper haud mediocre est, quod, licet insitione plures pustulae producantur, tamen nunquam confluant, et semper ita labantur crustulae, ut nulla nota foeda remaneat! quot non videmus ubique fere terrarum, quorum facies horrorem incutit? quorum palpebrae everSAE, seu ectropio deturpatae? quorum nasus absumptus? vel nares clausae? quorum labia monstrosa sunt? quot non formosae puellae infelicem suam sortem, variolarum flagello horribili unice adscribendam, dolent? quot non nuptae mulieres?

(b) Ib. p. 22.

res? Concludamus, etiamsi amo-
 ri fatales non essent saepe hae
 variolae, nonne propter Gene-
 ris humani pulcriorem formam
 servandam, insitionis Deae tem-
 pla et altaria, nonne sacrificia et
 vota consecranda essent? Ita Gen-
 tiles egissent; verum Nos, Euan-
 gelio gaudentes, nonne Summo
 Rerum Creatori publice gratias
 obferre oportet propter ingens
 illud nobis datum munus?

Non ingrati fere mei conci-
 ves, vota publica fecere, et Sa-
 cerdotes, diebus festis, Summo et
 Triuni Deo gratias publice in-
 templis egerunt!

§. 11. Variolae Naturales,
 quicquid aliqui clament Inocu-
 latores, certo certius aliquando,

licet rarissime, bis eundem invadunt hominem. Saltem aliqui fide digni viri, ac Medici excellentissimi, possibilitatem exemplis confirmarunt.

Interim intanto numero, qui infitione variolas, etiamfi valde paucas, habuerunt, qui tamen hodie ultra 100.000 increvit, nullum hucusque propositum fuit exemplum, hominem, cui variolae infitione fuerant communicatae, etiamfi sine eruptione morbus progressus fuerit, bis, licet omnibus periculis expositum, iis affectum fuisse. Nolo lites inter Egregios medicos de HAEN et TISSOTUM renovare; certum est, si Anti-inoculatores unicum exemplum novissent, totam Euro-


ropam resonasse ad denigrandum Divinum illud praesidium.

Si verum est, quemadmodum GATTIO et mihi patuit ex 100. dari 5. qui nunquam hoc contagio, licet saepius inserto, afficiuntur, illud tandem emolumentum habet inoculatio, quod subito hominem convincat, ubi seculus per totam vitam continuo metu adfligitur, et quidem graviori, si senectutem appropinquat.

Ante itinera periculosa igitur, vel ante matrimonium insitione certi reddi possunt adulti, ubi dubia res est. Parentes omnes de felicissimo eventu insitionis variorum hodie persuasi, ac convicti, in pueritia, infantum dispo-

sitionem inoculationis periclitatione percipere possunt.

Colligamus nunc in unam summam Emolumenta omnia, quae singulatim exposuimus, et concludamus: nullam dari interribili hoc morbo circumstantiam, nullum momentum, nullam sequelam, ubi non luce meridiana clarius elucescat Infitionis praesentia!



SECTIO ALTERA

De Optima Methodo.

Expositis emolumentis infitionis variolarum, progrediendum est ad methodum optimam, qua infiti-

stituitur , five ejus Chirurgiam ,
 five ejus respiciamus remedia , vel
 subjectum , sanum , morbosum ,
 juvenem , senem , virum , femi-
 nam , et anni varia tempora.
 Breviter omnia expedire possem
VIRI CLARISSIMI ! scilicet ,
 nullam praeparationem , nulla
 auxilia adhibenda esse ; tantum
 contagiosam materiem levissimo
 vulnere , simplicissimo instrumen-
 to , sanguini esse inferendam , re-
 liqua naturae committenda ! in-
 terea naturaliter , et juxta con-
 suetudinem esse vivendum ! Mi-
 rabimini **VIRI GRAVISSIMI !**
 verum definito , non vanis spe-
 culationibus , non aliorum doctri-
 na deceptus haec scribo , sed
 expertus : confidens igitur meis
 ob-

observationibus haec vobis propono animo sincero, neque inconsulto hanc optimam methodum esse arbitror; legi, et sedulo relegi Arabum principem RHASEM, SYDENHAMUM, BOERHAVIUM, HUXHAMUM, GATTIUM, TISSOTUM, DIMSDALEUM, WATSONUM, RANBYUM, aliosque Celebres Europae medicos, qui ex industria de hoc contagioso scripsere morbo. Taceo permultos, veritati studens alios laedere nolo, neque desideratis citationum fastum, neque ipse mihi videor indigere aliorum auctoritate; quia per multos annos praxin exercui, et cum egregio successu insitionem variolarum

rum

rum administravi juxta illas leges, quarum explanationem jam brevem adjiciam.

Antequam insitio ipsa contagiosae materiae fiat, desideratur num corpus aegri futuri praeparari, idest disponi debeat, vel possit, ut feliciter subeat morbi symptomata?

RHAZES, (a) qui primus optime variolas descripsit, medicos omnes in errorem duxisse mihi videtur: Venae Sectionem enim omnibus, qui 14 annos vixerant, necessariam judicabat, cucurbitulas cum scarificationibus junioribus. Cubicula subfrigida, cibi refrigerantes esse debebant; non tamen prohibet capreolorum car-

F

nes,

(a) Usus sum Eleganti Eximii Channingii interpretatione. Lond. 1766. Cap. V. p. 47. et seq.

nes, commendat e contrario gelatinam ex eorum pedibus decoctam, etiam jura carniū vitulorum, gallinarum, phaseanorum, et attagenarum (a), nec non earum carnes, sed incisas, atque cum omphacio subactas.

Pro potu aquam nive refrigeratam, vel fontanam, sed frigidam; qua cubiculum quoque aspergi debebat: laudabat insuper fructus quosvis, dummodo refrigerandi facultate gauderent.

Specialiter tamen iis, quorum temperamentum calidum erat, aquam hordei cum succo granatorum exhibebat; aliis vero minus calidis ptifanas (b) ex hordeo ustulato, seu *savic* cum saccharo.

Ra-

(a) ibid. p. 29. (b) ib. p. 51. vid. et not. 10.

Rationem addit, *his* dicit, *sanguinem incrassabis, atque refrigabis adeo, ut effervescentiam, ac eruptionem pustularum praevenias.*

Deinceps(a) lac recens, vinum, dactylos, mel, et quicquid dulce est, proscribit; atque noxias judicat carnes praeparatas cum allio, oleo, butyro, ac caseo, *Iffibadgat* ab Arabibus vocatas, nec non carnes ovillas, ac bubulas: item cicadas, volucres juniores; condimenta et aromata proscribit. Cicadas Clariss. CHANNING translulit, MEADIUS vero pisces testaceos, quales sunt gammari, squillae cet: laudat vero olera, sed cucumerem, pepones, seu quemadmodum

F 2 dum

(a) ib. p. 55.

dum MEADIO placuit, melones vitare oportet quam maxime. Pisces teneros tamen concedit aegris suis. Prohibet omnis generis labores, balnea (a), venerem, ambulationes, ac equitationes. Alvum laxam fervandam esse jubet, verum prae omnibus ficus, atque uvas damnat, quia hae sanguinem ad fermentationem disponunt (b), *illae pustulas augent.*

Infantes, qui lacte nutriebantur, praesertim obefiores albicantes ac genas roseas habentes cucurbitulis curari debebant, et nutrices ad dietam similem adstringendae erant.

Sed brevitati studens reliqua praetereo, nam remedia fere ex
ea-

(a) ib. p. 57. (b) p. 59. ib.

eadem classe desumpta commendat. En erroris fontem ac praejudicationis!

Regulas has omnes medici fide implicita amplexi sunt invariabilis naturalibus, BOERHAVIUS SYDENHAMUM secutus est, hic RHAZEM: atque ideo Nos omnes hunc errorem amplectimur antequam insitionem administramus! Ipsa ratio pro iis militare videbatur, quia insitione Variolae eundem habebant decursum, quem naturales: eadem igitur doctrina, eadem regulae!

Verum non a priori ratiocinandum; sed caute procedendum in his: variolae enim quidem aequae atque pestilenciales morbi omnes contagio nos afficiunt,

ciunt, sed contagium illud agit modo diverso, pro diversa aegri constitutione seu temperie. Sedulo igitur inquirendum, *primo*, quaenam constitutiones magis commodae, quaenam noxiae sint? *secundo*, utrum praeparatione aliquali hae dispositiones immutari possint, atque meliores reddi? quo tempore, et quibus auxiliis? *tertio*, summa attentione examinandi successus inoculationum cum, vel sine, praeparatione administratarum!

§. 2. Examinemus prius temperies hominum; hae dependent a constitutione aeris, climate vario, atque ab alimentorum diversitate. Vidi Persas, atque Varios Turcas, vidi eos saepe pro-

profunde notatos fuisse variolis! attente conspexi Galliae incolas tum in meridionalibus, tum in septentrionalibus regionibus natos, atque educatos, consideravi attento animo Hispanos, Anglos, Germanos, Belgas: observavi inter omnes dari, qui vehementer laboraverant variolis, alios minus, et vix notatos fuisse!

Dein pauperes cum divitibus contuli, ut dijudicarem quid diæta contribuere possit? Vidi pauperes terribiliter variis notis, cicatricibusque foedis veluti dilaniatos, multos caecos, oculorum maculas, staphylomata varia! vidi fere eadem mala inter divites; sed rariora, procul-

dubio, quia non adeo numerosi sunt.

Hinc conclusi, uti mihi videtur optimo jure, climata nihil boni vel mali adferre variolis, neque Vitae genus, neque alimenterum varietates!

Postmodum attentius inquisivi, an agricolae minus variolis pessimis afficerentur Urbanis? quoniam hi carnibus multis, illi non nisi farinaceis, lacte, et oleribus nutriuntur, et paucotuntur lardo; verum deprehendi nullam prorsus differentiam!

In Belgio tandem, ubi inter agricolas antiqua illa frugalitas adhucdum viget, ex industria haec omnia examinavi; verum fateri debeo, ubique dari tales con-

constitutiones quae terribiliter hoc morbo adficiuntur!

Simul autem ad colorum diversitates summopere animum attendi, atque manifeste observavi, *omnes homines*, cujuscunque nationis essent, vel vitae generis, divites, pauperes, urbanos, villicos, omnisque sexus, et aetatis, *eo magis hoc morbo affici, quo color cutis esset opacior.* Non refert, utrum capilli nigricent vel flavi sint; nam flavescentes quos *blondins* vocamus, aequè confluentibus afficiuntur, quam subnigri. Verum, *ubi cutis est transparens, coloris rosei, et hilaris, semper variolae sunt discretæ, et contra.* Centies non modo, ubi variolis naturaliter inficiebantur, *praedixi*

fata aegrorum, sed centies praedixi ante insitionem paucas, vel multas pustulas fore *ex eodem signo*, neque unquam me *fefellit exitus*! (a)

Picturam amans, et aliquando voluptatis causa exercens, licet aetas Juvenilis mihi hujus artis delicias saepius permetteret, hanc observationem feci: pictorem itaque objicietis me aliis, facilius varios colorum diversitates dijudicaturum, respondeo, juniores medicos, qui a me hanc notam characteristicam acceperant, eodem

(a) Celebris, et expertissimus inter Rotodamenses Medicus BICKER, justo titulo Societatis Philos. Exp. Batavae a secretis, eandem observationem se diu ante me fecisse testatur, in dissert. de inocul. variorum. p. 601. Tissots, en Bickers Raadgeving voor de gezondheid. 3. Edit. 1772.

dem cum successu exinde praedixisse.

Concludo, constitutiones, seu temperies quasdam dari, quae confluentibus, vel discretis, ac inter mediae fortis variolis opportunae sunt. Easque nulla arte immutari posse ex sequentibus patebit. Saepe haereditariae sunt, atque ex parentibus dijudicandum, quid (a) infantibus continget.

§. 3. Examinemus jam, quid Medici ad morbi indolem ac vim immutandam effecerunt, et quo successu? Venam fecarunt, carni-um ac piscium esum prohibue-
G 2
runt,

(a) Novi familias aliquot, in quibus non modo fratrum, sed et sororum, infantes simili modo variolis confluentibus ad defigurationem usque notati sunt.

runt, vinum, oleum, butyrum, et similia. Fere eadem vel fecerunt, vel interdixerunt quae RHAZES; sed nunquam morbi lethalitatem potuerunt vincere! consulamus indices, et catalogos mortuorum ex hoc morbo intra foeculum, quo methodus antiphlogistica ad RHAZIS normam introducta fuit, num strages minor fuerit? Londini ab A°. 1731. ad 1750. 39.115. hac peste periêre! nihil igitur minus (a).

Evi-

(a) In novellis Londinensibus Anni 1772. non sine summa admiratione legi, singulis hebdomadibus a 70 ad 90 variolis e medio sublatis fuisse. Igitur, si intermediam rationem adhibemus 4.000. Communicavit mecum Clariss. BICKER Roterodami eodem anno 650. hoc contagio necatos fuisse. Suttoniana Praxis igitur Dirae luis vim deleteriam non imminuit, neque superavit.

Evidens est diaeta, vel remediis hanc dispositionem nullo modo immutatam fuisse, ac frustra aegros excruciaci medicamentis!

Saniores Medici uno ore affirmant, se nunquam morbi vim infringere potuisse V. S. vel phar-
macis. Novi medicum doctissi-
mum, ac honestissimum, qui ali-
quot mille aegros, variolis natura-
libus affectos, tractavit, aperte fa-
rentem eodem redire quaevis re-
media exhibeas, dummodo ve-
nenata non sint, nullis morbum
vel minui, vel pejorem reddi!

Multi ad HUXHAMI (a)
exemplum V. S. in pede, pedi-
luvia etiam ex lacte ad pustulas
a facie derivandas applicarunt,

G 3 haud

(a) p. 136. 137.

haud feliciori successu. Alii epispastica pedibus applicarunt absque ullo effectu.

Jaëtitat RHAZES (a) se lavando oculos filiae Habuhe a pustulis liberaſſe, adeo, ut adſtantes ejus mirarentur induſtriam. Credo; ſed, cur non totum corpus, et praecipue faciem antimonio et aqua roſarum lavavit? Si haec omnia ex voto ſucceſſiſſent, ſemper eundem fortita eſſent effectum. Natura enim conſtans eſt; ſed ſibi ipsis illuſiones fecere hi Viri: tribuerunt arti, quod conſtitutioni aegri fuiſſet adſcribendum.

§. 4. Ad praeparationes nunc accedo a multis ante inſitionem
ce-

(a) ib. p. 285.

celebratas ! aliqui per mensem
 integrum, uti ajunt, aegros, qui-
 bus infitio erat administrando,
 praepararunt, alii per duas septi-
 manas, vel 12. 10. 9. dies uti
 WATSONUS ac DIMSDA-
 LEUS, omnes SUTTONIANI,
 cet: Verum an credibile est, V.
 S. diaeta dicta acida, abstinencia,
 et similibus tam parvo temporis
 spatio immutari posse hanc de-
 scriptam diathesin ? Consulite
 Cl. GATTIUM, RANBEJUM,
 etiam DIMSDALEUM, qui saepe
 negligebat praeparationem,
 et mecum assentientes deprehen-
 detis, praeparationem omnino
 esse (a) vanam ! ipse nunquam
 aegros

(a) Illustrissimus B. VAN SWIETEN, cujus
 magna est auctoritas praesertim in hac re,

in

aegros hac cura defatigavi, et omnes, dummodo dispositio favebat, paucas habuerunt pustulas: omnes absque ullo infortunio evaserunt. Illi medici qui meum sequebantur consilium eodem successu inocularunt variolas. Nulla igitur praeparatio fuit necessaria!

Ulterius progredior, et noxiam judico: *primum*, quoniam veneni natura incognita est; *secundo*, quia metus valde excruciat aegros; *tertio*, quoniam, ubi grassatur morbus, aliquando corripuntur contagio fatali, quemadmodum plures casus vidi.

Saepe

in praefatione. Tom. V. p. 3. testatur, se pluribus inoculatis adfuisse per totum morbi decursum, et *vidisse*, curam *praeparatoriam absque periculo omitti posse*. editus fuit hic ultimus tomus 1772.

Saepe aegris meis indulgi carnes, et butyri, ac mellitorum, aut sacharatorum usum, atque nunquam aliquid mali (a) inde observavi. Nocere tamen possent versus febrem eruptionis; verum, tum natura ipsa haec recusat; ingens enim illa agitatio, quae in corpore tum, ad expellendam materiem, observatur, quicquid nocere posset, respuit. Ipsa natura igitur tum medici officio fungitur, et optimo consilio!

Sed obsecro, an prius ante inoculationem carnes, pisces, vinum,

(a) ib. adnotat eximius Vir. Viennae in orphanotrophio post variolarum insertionem nihil in victu mutatum fuisse, et cum reliquis communi cibo usos fuisse inoculatos, *absque ulla noxa.*

num , pinguedinosa ac dulcia aegris dederunt , atque inde tot horribilia symptomata viderunt , ut experientia deterriti omnia illa nunc prohibeant ? an vero RHAZIS ad exemplum , re non tentata ad crudelem illam , ac ridiculam praeparationem progressi sunt ? ultimum omnino verum est.

Omnes adscripserunt effectus salutare infitionis , specificis suis remediis , suisque praeparationibus , adulabantur hac illusione sibi ipsis , sed quo jure Vobis dijudicandum relinquo.

Deberemus experimenta capere , et aliquot millibus exhibere carnes , vuia cet. ut prius constata-

staret ea nociva esse, antequam proscriberentur.

Non erubesco me, persuasum nihil mali inde ortum iri, concessisse varias carnes et pinguedinosa aliquibus, aliis me nullum absolute exhibuisse remedium per totum morbi decursum, et nunquam me fefellisse successum: cautus tamen eram, et non nisi pulcroris coloris aegris Naturae soli committebam.

Ulterius progressus sum: infectionem administravi infantibus, spina Ventosa horribiliter laborantibus, Variolis tum temporis grassantibus, insciis iis ac eorum parentibus, nulla remedia dedi, et egregie cessere variolae, ac paucae fuere pustulae.

Infitionem celebravi in iis, quorum sola facies, vel facies cum toto corpore, herpete affecta erat, nulla praevia praeparatione, nullis exhibitis remediis, et optime cessere.

Non tamen imprudentiae reus fui: nam, ignorans quid esset dandum, potius curam committere volui Naturae, quam almam hanc et providam matrem remediis pravis a recto tramite divellere. Ex aliorum observatis, ac meis edoctus eram ad minimum centies levius esse malum infitione acquisitum. quidni ergo in aliorum usum haec experimenta caperem?

Celeb. J. A. MURRAY Nov.
Act. Erudit. Ai. 1767. p. 406.
simi-

similiter plures casus citat infantum ophthalmiis, herpete, scabie, aliisque morbis afflictorum, non modo insitionem bene passorum, sed dein melius valentium. etiam aliquot (p. 409.) phthisi laborantes post insitionem convaluisse. Immo observat DIMSDALEUS (p. 12.) felicissimus ille ac honestissimus inoculator, homines chronicis morbis extenuatos, scrophulosos, scorbuticos, arthriticosque, macilentos, pingues, etiam dissolutos ac profligatos, aeque facile ac prospere insitionem subiisse, ac sanissimos, et bene moratos.

Nonne inde luce meridiana clarius patet, omne emolumentum

tum ab infitione , et nullo modo a praeparatione , aut remediis disponentibus , seu immutantibus sanguinis crasin , dependisse ?

§. 5. His probatis ad specificorum remedium examen progredior. RHAZES (a) ; ex aceto , floribus rosarum rubrarum ac granatorum , ex eorum cortice , ligno santalo , et camphora , praecipue ex antimonio magnum quaesivit praesidium. Etiam (b) syrupum memorat , qui omnes reliquos antecellit excepto *Syrupo periarum* ab Indis praeparato , cujus tanta est efficacia , ut , si quis novem pustulas habeat ,
et

(a) ib. p. 358. (b) ib. Cap. V. p. 71.

et eo utatur, decima non prodierit!

BOERHAVIUS specificum quaesivit, procul dubio a RHAZE monitus, in antimonio, atque in mercurio bene interse unitis §. 13.92. V.C. Rec. Antimonii Diaphoretici cum nitro fixato dr: vj. mercurii dulcis dr. β . Sal. polychresti dr. j. F. Pulvis divid. in doses N. XXIV. S. omni trihorio exhibeatur. I. ex feri lactis Unc. jv. Ergo, octo pulveres in die et $\frac{1}{3}$ dr. β . merc. idest 10. gr. in die. Nullus dubito, quin in Salvationem inciderent ex tanta dosi!

DIMSDALEUS exhibuit gr. viij. calomelae, et $\frac{1}{8}$ tartari emetici, alternis diebus adultis, et Ju-

64 DE OPTIMA METHODO

Junioribus minorem quantita-
tem.

SUTTONIANI multum mer-
curii propinabant, adeo, ut ali-
qui in ptyalismum inciderint.

WATSONUS e contrario
probare annititur, mercurium
non modo non minuere nu-
merum pustularum, sed auge-
re!

In initio inoculandis merc.
cum antimonio dedi, sed, pro-
pter vomitum et alia incommo-
da, simpliciter mercurium dedi
cum cassia. Videns quotidie ma-
gis, magisque, numerum pustula-
rum colori cutis esse proportio-
natum, neglexi omnia remedia,
excepto forte, ubi necessitas ur-
gebat, purgante vel eccoprotico.

Et

Et optime valebant aegri mei, immo minus aliis vexabantur.

Unusquisque clare ex iis perspicit BOERHAVIUM ex RHAZIS praecepto dedisse antimonium, unitum cum mercurio, tum temporis specifico universali, seu panacea adversus omnes morbos graves ac curatu difficiles. Hunc ANGLI secuti sunt. Cl. MURRAY (a) vero aquam picis liquidae, et Cicutae decocta commendat, nec non camphoram, calomelam, ac resinam guajaci. Sed Vana haec omnia sunt: primum enim demonstrandum, dari revera analogiam inter hos morbos, inter

I

va-

(a) ib. p. 404.

variolas scilicet, et ipsam luem veneream, etc.!

HUXHAMUS (a) omnia mercurialia invariolis damnat, immo dementiam vocat, eadem remedia in omnis generis temperamentis exhibere velle!

Sed redeo ad BOERHAVIUM, qui variolarum indolem prorsus non cognovit: § 1381. enim ita ratiocinatur, in infantibus ac feminis utpote laxioris constitutionis fore benigniores, in adultis et senibus pejores. (b) nonne insitio contrarium demonstrat? DIMSDALEUS (c) notat infantes ceteris paribus longe

(a) p. 132. (b) Illustr. B. VAN SWIETEN in comment. suis in hanc sectionem multis exemplis probat, vetulas varias, senes, octuagenaria majorem, sanatos fuisse Tom. V. p. 7--8. (c) p. 11.

ge plures habere pustulas; quem admodum etiam observavi. Adnotat se infantibus, adultis, et senibus 70 annorum insitionem administrasse cum felicissimo successu. Cl. MURRAY adnotat senes 84. annorum feliciter subiisse artificiales variolas. Nihil itaque manifestius est, quam quod BOERHAVIUS, et ejus sectatores indolem Variolarum, non cognoverint: a priori ratiocinabantur, et merum inflammatorium morbum esse judicabant, sed frustra.

Concludo, Empeiriam sanam, et methodicam omni Theoriae dogmaticae hic esse anteponendam. Insitio facienda, obser-

I 2

van-

vandum quid noceat, quid proficit, ex his regulae formandae. Leges has sequor, in bene valentibus, idest nulla febre, dysenteria vel simili morbo decumbentibus infitionem administro, corpus neque evacuantibus debilito, neque aromatibus incito; reliqua Naturae committo. Chronici morbi ideo non sunt considerandi, quia, si forte naturaliter contagium hominem corripere, centies pejora symptomata essent expectanda. Loquimur de eo momento, quo Variolae grassantur, secus praecipitari non debet aeger in hunc morbum, nisi sanato, pro viribus medici, morbo chronico. Ex ante expositis, et meis observa-

va-

vatis evidenter liquet nullum dari
specificum huc usque cognitum.

§. 6. Multi dantur, qui, ne-
scio quo jure, alimentorum se-
lectum prorsus singularem obser-
vant. Aperuimus jam per tran-
sennam nostram de his mentem;
probabile est omnia apta esse,
dummodo aeger non ultra fatie-
tatem iis utitur. Ea, sine du-
bio, optima habenda, quibus ad-
fuetus est.

Ubi anima foetere incipit,
saepe evomit pituitam, et bi-
lem, omnemque abhorret cibum,
febris instantis signa! nihil dan-
dum, nisi potus levis, ordina-
rius, etiamsi febris videatur in-
tensior quam par est: nam non
novimus quanta desideretur ad

expulsionem materiae variolosae?
 vidi saepe ingentem febrem non
 nisi duas pustulas produxisse.
 vidi modicam mille expulisse.
 Ideo tamen vitae regimen non
 mutavi; nunquam me fefellit
 provida natura; cur igitur ni-
 trum exhiberem, ut infringerem
 febrem? vel sudorifera, ut exa-
 cuerem?

§. 7. Idem de aere iudicium
 tuli, si calido assueti essent aegri
 insanitate, similem procuravi;
 ubi frigido, frigidum. Aer enim
 non nocet, vel prodest calore
 vel frigore, nam in Indiis, im-
 mo in America aequae salutaris
 fuit insitio ex suffragio Celeb.
 de CONDAMINE, quam in
 Dania, Suecia, vel Russia.

Mul-

Multi tamen aeri frigido fau-
stissimum successum tribuerunt,
quemadmodum Ill. et Celeb.
PRINGLIUS, qui in litteris ad
D. BRADYS (a) Suttoniano-
rum successum soli frigido aeri
adscribit. Non tamen ad senti-
or, nam certus sum Cl. GAT-
TIUM deceptum iri, si solo ae-
ris moderamine, quemadmo-
dum (b) statuit, vellet pro lubitu
imminuere vel augere numerum
variolarum. Non enim a calo-
re, vel frigore atmosphaerae de-
pendet, sed ab illa dispositione
jam a me (c) descripta.

In universum tamen aerem li-
beriore profuisse aegris obser-
va-

(a) ad calcem GATTII p. 89. (b) p. 76.

(c) §. 2. hujus diss. p. 49.

vavi , praesertim ante febrem eruptionis , ubi vertigines , gravedines , similiaque symptomata urgebant.

RHAZES , ut citius prodirent pustulae sudorifera commendabat , (a) vestimenta densiora , et ut domi se retinerent aegri : hodie in contraria ruunt , praesertim SUTTONIANI , unde saepe febris Rheumatica , immo mors ipsa secuta est.

Ideo consuetudinem rite examino , hanc consulo ; et nihil quicquam contra eam jubeo.

Somnum , deambulationem , et similia non urgeo , legitimam venerem etiam non vetui : modica enim corporis sanitatem
con-

(a) ib. p. 89. Cap. VI.

confirmat, quid ni igitur concedenda?

§. 8. Omni anni tempore initio celebrata fuit, semper cum successu; autumnum tamen non eligerem, propter varios morbos tum homines infestantes, nisi grassaretur contagium, reliqua anni tempora aequae apta censeo.

Non excipio hominum aetates neque sexus, quamquam hoc constanter repererim, infantes lacte nutritos aliquando mille pustulas habuisse, cum ejusdem constitutionis infantes duorum annorum modo tres, 4. vel 10. haberent. Antea demonstravimus symptomata, ut inflationes, seu tumores faciei, manuum cetera salivationem, febrem secundari-

am, his proportionata esse; quapropter potius recenter natos, et reliquos intra annum excipio. RANBYUS (a) propter eandem rationem infitiones facere non amat, nisi infantibus 4. annorum: sed, quomodo tum miasma naturale praeveniri potest? Igitur, ubi necessitas urget, etiam parvulis infitionem administrare oportet, praesertim si alii in eadem familia propter metuendum contagium inoculandi sunt.

§. 9. In feminis tempus menstruationis a quibusdam periculosum judicatur, licet nunquam inde aliquid mali accidisse noverim; etiam semper praecaveri haud potest: accidit enim ut vir-
gi-

(a) ad calcem GATTII p. 87.

gini nondum regulariter menstruanti paulo post insitionem inopinanter prorumperent menses, sine ulla noxa, etiamsi tempore eruptionis copiosi fluerent. Idem in aliis saepius observavi; non amplius ideo expecto donec praeteriere, ubi metus contagii naturaliter irruendi datur.

Neque etiam graviditatem excipio, DIMSDALEUS enim nos de hac re certiores reddidit: narrat quippe se inoculationem administrasse gravidae, eamque paucas habuisse pustulas; haec novem septimanas post insitionem infantem peperit cum notis distinctis variolarum, (a) evaserunt

K 2

igi-

(a) ib. p. 22. contingere etiam potest ut
in-

igitur ambo felicissime. Attamen ubi color cutis non favet, infitionem potius non administrare

inde non afficiantur foetus: *Illustr.* enim VAN SWIETEN adnotat Tom. V. ib. p. 9. BOERHAVIUM Illustram matronam, sexto graviditatis mense pessimis variolis decumbentem feliciter curasse, illamque debito tempore peperisse sanum puerum sine ullo vestigio morbi materni.

Neque minoris momenti est WATSONI observatio ab *Illustr.* VAN SWIETEN, ib. citata Gravidæ ante plures annos variolas passæ, quæ assiduam curam gerens ancillæ hoc morbo decumbentis, debito tempore enixa est puellam cum manifestis variolarum vestigiis. Quæ tamen deinceps cum fratre inoculationem subiit sine ullo effectu, licet fratri erupuerint variolæ. Concludit merito Vir eximius, p. 10. foetum etiam in utero illaesa matre hoc contagio infici posse, variolas pati, et superare.

Probant autem evidentissime hæc testimonia graviditatem non esse excipendam, quando epidemice grassantur variolæ.

trarem, nisi ingens ex naturali contagio periculum immineret.

Nutrices quoque una cum infantibus contagio artificialiter adfeci, ea prudentia, ut febre irruptionis instante ubera non suggeret infans, egregio cum successu.

§. 10. Variolae non videntur actu contagiosae, nisi dum maculae inflammatae in pustulas abeunt, quae in vesiculam pellucidam humidam increfcunt. Earum humor paulatim augetur, spiffefcit, atque puris maturi consistentiam induit: mox exficcat in crustulas, quae deinceps labuuntur.

Materies infitioni facienda ap-

ta est, sive pustulae in primo, medio, vel declinante statu sint: ipsae enim crustulae inflictis plagulis, vel cuti integrae applicatae morbum dant; etiam intus assumptae. Atque eatenus a pestilentielle veneno illo, quod in boum Lue e naribus fluit, ac viperarum teterrimo veneno differt: haec enim deglutita nullum edunt effectum.

In Brunsvicensi ducatu agricola, ut hanc singularem variolarum indolem exemplo comprobem, filio suo cum cerevisia lapsas crustulas alterius infantis bibendas dedit eo cum effectum, ut variolae inde orirentur, sed pessimae. In Bengalensi regione, teste Celeb. MATY (*London*
Ma-

Magasine for January 1770. p. 7.)
 infantibus materies purulenta, cum
 sacharo, et liquido grato mixta,
 propinata certo variolas dat;
 praefertur tamen infitio modo
 ordinario.

Ab omnibus inoculatoribus,
 quemadmodum etiam a me, prae-
 fertur materies limpida, eaque
 rarissime fallit. Commodius ve-
 ro depromitur ex ipsis plagis in-
 oculatorum, ubi recte progredi-
 tur morbus; praesertim quum
 febris eruptionis adest, tum enim
 acrior, et magis efficax, et per-
 consequens magis prompta vide-
 tur contagiosa materies.

Aliquoties expectationem me-
 am fefellit materies sub crustis
 de-

deprompta (a) : dubium eventum non amo, eo minus quia per decem dies aliquando cunctandum est, antequam de novo repeti possit insitio. Licet etiam et illud expertus sim, non nocere, etiamsi sex diebus se invicem insequentibus de novo insitio reiteretur: nam febre eruptionis ex prima insitione agente, reliquae eodem tempore, accelerata veluti actione miasmatis, ad suppurationem tendunt, neque unquam plus una eruptione

(a) 14 Aprilis 1773. vidi Hagae Comitum puellulam inoculatam materie purulenta nimis matura, quae sine ulla eruptione subito plagas in ulcera mutavit, quemadmodum etiam mihi in quadam virgine Groningae observare contigit. Suasi ut de novo infereretur materies limpidior, neque successu caruit consilium.

ne observatur nisi a febre secundaria.

Ideo vero praeprimis mihi displicent eventus dubii, quoniam aegrum, five secundam et iteratam insitionem declinet, five non, naturaliter corripere posset contagium, quemadmodum contigisse novi.

§. II. Jam de materia dicendum; indifferens est qualis inoculetur, ex confluentibus, discretis, vel crySTALLINIS? nullum inde unquam discrimen observavi (a), neque etiam alii medici.

L

In-

(a) 30 Martii 1772. insitionem administra-
vi puellae 8 annorum, materie limpidissimae
variolarum naturalium discretarum puellae 2 an-
norum, quae deinceps confluxerunt, et
adeo horribiles produxerunt convulsiones
ut moreretur 6. vel 9. Aprilis. Produxit
tamen materies haec variolas optimas in-
fectio-

Interim negari non potest prudentiam requirere, ut ex optimo genere desumatur materies. Praefero, uti monui, cum RANBEJO, DIMSDALEO, ac WATSONO limpidam materiem, praesertim ex insitivarum plagulis.

§. 12.

sitione, nam 16. infacie, et 120. super corpus tantum numeravi pustulas. Fallere igitur potest limpida materies eatenus. Sed magis probat materiae indifferentiam sequens observatio. 3^o. Aprilis ejusdem anni, cum materie subpurulenta ejusdem puellae inoculavi C. puellam 5. annorum, H. sororem C. 3. annorum, et G. fratrem 16. mensium, hic 25. pust. habuit infaciè, 70. super Corpus. H. tantum 1. super faciem, et 16. super corpus. C. vera innumerabiles: erat eadem cujus mentionem feci in not. a. p. 29.

Quatuor igitur infantes varios exitus habuerunt ab eadem materie, et omnes egregie evaserunt, licet puella, quae materiem suppeditaverat, succubuerit, et mortua sit.

§. 12. Ut contagium communicetur atomus unica, si Celeb. GATTII verbis uti liceat, sufficeret. In unica pustula igitur tanta copia datur, ut centum hominibus et forte pluribus inservire posset; verum adeo subtiliter subdividere hanc materiem non possumus: quaeritur idcirco utrum noceat, si major quantitas simul sanguini infundatur? Idest, utrum numerus pustularum sequatur rationem quantitatis materiae contagiosae sanguini mistae?

Hoc si contingeret, necesse esset, ut summa cum prudentia unica atomus infereretur, vel tantum, quantum sufficeret ad morbum producendum, quo in casu

saepissime ausis excideret haec medicina? Numen divinum nobis magis propitium fuit; fecit enim ut indifferens sit, utrum magna vel parva copia sanguini admisceatur? unica utrum incisio, an duae, tres, quatuor, sex, vel septem, forte plures instituantur?

En tabulam! accepit.

Nº 1.	in Utr. Brac.	2.	incis.	ergo	4.	hab.	15.	pust.
2.	Dito	4.	.	12.
3.	Dito	4.	.	300.
4.	in uno Brach.	1.	in alt.	2	3.	.	.	3.
5.	Dito	3.	.	50.
6.	in uno brach.	3.			3.	.	.	4.
7.	Dito	.	.	2.	.	2.	.	1000.
8.	in uno brach.	3	altero	2.	5.	.	.	4.
9.	in uno brachio	2.	.		2.	.	.	230.
10.	in uno quoque brach.	3.	6.	12.
11.	in uno brach.	4.	in alt.	3.	7.	.	.	4.
12.	in uno brachio	2.	.	.	2.	.	.	1500.

Patet inde evidenter a numero
in-

incisionum, adeoque a copia venenatae materiae non pendere pustularum numerum! indifferens itaque judicandum: tamen augeri praeter necessitatem non debent plagulae, quia una quaeque insitio saepe magnam pustulam valde dolentem efficit; etiam indurationes in axillis, atque abscessus, quae omnia praecaveri possunt, dummodo uno in loco insitio fit. Attamen ut certus sim de successu potius duas, quam unam incisionem facio.

§. 13. Acus simplex pro chirurgia sufficit, dolorifica tamen magis est haec punctio: quam si prudenter lanceola incisionem exilem, epidermidem transeuntem molimur. Abhorrent vero

pueri lanceolam, acus ocularias adhibui, vel lanceolae laminam linteolo obvolvi. Aliqui composita exhibuere instrumenta, sed frustra, nisi fallere velimus ostentatione aegros. Plura igitur his non addam.

§. 14. Infitio interea variis modis administrari potest, dummodo per eam intelligimus artificialem communicationem miasmatis. v. causa. Intra nares more chinenfium demitti potest plumaecolum pure ebrium, quemadmodum Londini factum fuit in puella 18 annorum, dum Jussu Regis prima vice ejus periculum faciebat MEADIUS (a). Vel pus
po-

(a) Of the inocul: of the smallpox vid. ejus opera anglice edita in 4. p. 342. inde vero caput subito, et vehementer dolebat.

potest dilui in potione quadam, et assumi quemadmodum in Indiis fit; verum hae methodi et incommodae, et suspectae sunt.

Incisiones ad cutim usque exporrectae sanguinolentae, quas ante 25. annos Cl. WINCHES-TER facere solebat, etiam hodie propter profundas, et diuturniores suppurationes similiter ex usu sunt.

Adhibetur igitur, vel acicula, vel lanceola, cujus acie materies recens excepta demittitur intra plagulam, quae exilissima eodem tempore efficitur oblique inter epidermidem ac cutem. Non refert utrum sanguinem stillet nec ne? in Infantibus etiam cutem
 sine

sine hæmorrhagia attingere haud possumus.

Neque etiam refert, utrum gutta illa sanguinea tollatur nec ne? alii exsiccandam esse censent ne miasma simul cum cruore auferatur; hae circumstantiae interim nihil faciunt ad rem: tam subito enim, et tam exigua quantitas contagium communicat, ut omnem prorsus fidem superet. Saepe curiositatis gratia ilico vulnuscula absterfi, aliquoties exsiccaui, sed nullum discrimen animadverti.

Ubi autem incio aegro, vel plagulis non succedentibus infitionem denuo moliri volui, emplastrum adhaesivum parvum, oblonga fenestra $\frac{1}{4}$ part: pollicis,
et

et 2 linear: latitud: instructum cubito, vel brachio applicavi, dein imposui cantharides pulverfatas, mixtas cum Ung: Basilic: et totum apparatus majori emplastro contexi. Sex vel pluribus horis elapsis vesiculam natam aperui, filum dein parvum materie vario-
larum madidum sub vesicula deposui, ac super accommodavi adhaesivum emplastrum. Apparat-
us pro lubitu per aliquot dies relictus spem nunquam fefellit.

Quaeritur interea, qua ratione materies colligenda sit? ad inoculandos deduco aliquem laborantem naturalibus, vel artificialibus variolis: atque ilico insitionem facio lanceola, materie recentissima.

M

Sed

Sed saepe abhorrent inoculandi conspectum variolosi, tum, in cubiculo separato, idem facio, ac ante.

Vel, si haec commode fieri nequeunt adhibeo pyxidem, intus auratam (a), parvam, eaque excipio materiem fat magna copia, ac in fundo vasculi dispono lintei carpti aliquot flocculos, atque ea ratione exsiccationem prohibeo. Etiam facilius lanceolae, seu acus acumine capere possum sufficientem copiam sine laesione aciei.

Ubi cantharidibus vesicula facta est, tum ex eadem pyxide filamentum depromo.

Le-

(a) Adhibui etiam ex succino torno fictas, etiam eburneas: omnis substantia, dummodo à pure non corrodat, apta est.

Secutus quoque sum DIMS-DALEI modum, adhibendo lanceolam, in cujus apice materies ficcata erat; verum tum infitionis dubius est exitus.

Egregie materiem, e loco in loco, filo exceptam mittere possumus in vesicula inclusam, vel inter membranas aurifabrorum. Haec ubi nimis exficcata est prius humore aquae calidae dissolvitur.

Succedit etiam materies collecta per aliquot dies, atque exficcata, dum aquae calidae guttula diluitur.

Exficcatae crustulae, atque aqua calida emollitae, ac plagulis applicatae egregie saepe satisfaciunt, etiam commode hoc modo

materies ipsa e loco in locum defertur.

Haec igitur pro lubito variari possunt; simplicissima vero atque commodissima methodus est lanceolae admotio pure limpidi intra pyxidem collecto. Seu emplastro e cantharidibus applicato.

§. 15. Infitioni me iudice omnis pars corporis idonea est; subito enim circulationis sanguinis ope per corpus distribuitur miasma receptum. Brachia et pedes antea, utpote opportunissima eligebantur; dein tantum duae incisiones inbrachiis ad extremum deltoidis administrabantur. Locus ille a multis etiam hodie usurpatur.

Sed tum semper requiritur, ut
ve-

vestes exuantur singulis diebus, dum medicus plagas, ut de morbi progressu judicet, examinat. Ideo in viris ac infantibus utriusque sexus elegi internum cubitum mox supra carpum, ita ut induisiae manica tegi possit: quo pacto simul et tempore morbi hae plagae commodius contra injurias defenduntur, et postea cicatrices obteguntur. In feminis vero in inferiore parte humeri seu brachii mox supra medianam, eadem intentione, ut plaga manica induisiae tegatur commodius.

Aliqui locum inter pollicem et indicem eligunt, verum etiam inde ingens dolor propter nervorum ex radiali provenientium crebras conjugationes.

In remotioribus tamen a capite partibus esse faciendam ideo censeo , quia haud improbabile est per multiplices nervorum communicationes dolorem altius dispergi; vel materiem a lymphaticis absorptam in glandulas axillares deferri. Manus tamen, seu brachia pedibus ideo sunt aptiora, quia et facilius denudantur, et sine dedecore.

§. 16. Methodo nunc omnibus numeris absoluta, silentio praeterire nequeo tumores, ac dolores glandularum axillarium, etiam mammarum, papillarumque in feminis, praesertim ejus lateris, ubi insitio facta fuit: si in brachio vel cubito dextro axilla dextra; si in sinistro inoculatio facta

facta fuit sinistra afficitur cum vicinis.

Frequentissime autem 6 vel 7 die post infitionem dolor in axillis sentitur, fatis acutus, cum tumore glandularum axillarium, quae omnia sponte secedunt simul ac febris eruptionem promovet: aliquando una cum pruritu circa plagulas die quarto axillae dolent. Aliquando filet dolor per aliquot dies, ac iterum redit: in una puella tantum modo abscessum inde natum vidi, haec die duodecimo post infitionem febre correpta duas tantum variolosas habuit pustulas, super humerum unam, alteram super femur; verum ante eruptionem brachia, faciemque valde rubra habuerat, uti

uti solet ubi paucae pustulae prodeunt. 8 jan. 1770. infitio facta fuerat. sexto die post operationem de dolore in axilla dextra conquerebatur, quae subito cessabat : morbo finito plagae infitionis multum puris dabant, atque profunde ipsam cutem, usque in panniculum adiposum penetraverant, licet lanceola non nisi epidermidem, usque ad cutem, fecassem. Applicabam unguentum gryseum cum $\frac{1}{4}$ parte florum zinci, quod tamen sanationem non multum promovebat. 3. februarii denuo de dolore et tumore sub eadem axilla dextra conquerebatur, applicabam Emplastrum resolvens e diachylo cum gummi; subito vero in absces-

fcessum abibat, sub pectorali musculo se extendentem. Pus maturum 8. febr. lanceola evacuavi copia ingenti. Abscessus, et ulcera plagarum simul sanata erant 5 martii ejusdem anni.

Patet ex dierum collatione abscessum, hunc diu post decursum morbi variolosi fuisse natum: forte ex consensu nervorum cutanei interni, nam paulo super venam medianam plagulas duas incideram? vel per Lymphatica vasa, ibi magna copia sita, atque versus axillares glandulas decurrentia, materies delata fuit?

Interea evidens est, non a plagulis oriri hos alarum, et mammarum dolores, et intumescen-

N

ubi

ubi ope vesicatorii insitio facta fuit.

Probabile est dolorem ab irritatis nervis cutaneis internis pro-
duei, qui cum secundo costali
uniti etiam mammis ramos imper-
tiunt.

Plagulae ipsae aliquando 20
dies post morbi decursum exul-
cerantur, maxime in delicatulis,
remanet tum profunda cicatrix.
In plerisque tamen forma crustu-
larum spissarum labuntur, post se
trahentes notas, quemadmodum
a naturalibus variolosis pustulis.
nihil mali tamen inde unquam
ortum vidi, aut novi.

Plura, quae decursum morbi,
atque symptomatum varietates
singulis diebus spectant, addere
pos-

possem, nisi Problematis partem alteram hoc capite absolvissem.

Summa haec est.

Commodissime atque tutissime insitionem fieri absque praevia praeparatione, materie limpida ex variolis optimae notae, aegro adhuc febricitante) deprompta, ope lanceolae, plagis duabus, in viris in cubito interno, non multum a carpo, in feminis supra medianam in brachio.

Dabam ex Museo xxix Decembris. MDCCLXXI.

Subscripsi.

PRAECLARUM QUIDAM EST VERITAS, ATQUE DURABILE, VERUM ID PERSUADERE NON FACILE VIDETUR. PLATO.

N 2

No-

Notandum, mihi dum experimenta multa circa Luem Bovillam caperem, et praecipue, quid boni praestaret infitio? indagarem, accidisse, ut in Novellis salutari-
bus legerim hanc adversus mea conamina animadversionem, cur non potius experimenta instituerem circa ovium morbum, quem Galli vocant *Le Claveau*, quem-
que Cl. DU VERNEY Junior. (in actis acad. R. scient. 1701, p. 204. 8°.) cum variolis contulit, quoniam et contagiosus est, et semel tantum, juxta alios, pecus lanigerum infestat, atque nunc discretas, nunc iterum confluentes pustulas producit?

Ut igitur satisfacerem Auctoris Novell. salut. desiderio, atque
pro-

propriae meae curiositati, ovem mihi comparavi 5 feb. 1770. atque sex locis diversis insitionem feci cum filis pure variolosa ebriis modo eodem, quo fila adhibebamus pro inoculanda luce Bovilla. Sed non cepit contagium, e contrario vulnuscule sanabantur sine ullo inflammationis indicio. Hinc concludere licet, Morbum hunc ovium nullam habere cum variolis nostris similitudinem.

In Belgio rarissimus est inter oves morbus, norunt tamen cum Pastores, atque *pokken* seu variolas vocant.

Quoniam tempus non sufficiebat ut transcriberem hanc observationem antequam meam dissertationem Tolosam mitterem, mi-

rari non debet B. L. si verba non respondent, certus sum rem ipsam utpote verissimam, et experientia confirmatam, non fore diversam. Interea et id monere debeo, me antea a *clavola* derivasse gallicum vocabulum, rectius fecissem deducendo a *clavo*. Celsus enim Lib. 7. Cap. 7. §. 12. *de medecina* oculorum tubercula clavos nuncupavit. Veteres procul dubio *pufulam* vocarunt, quemadmodum Columella Lib. 7. Cap. V. §. 16. Gesner. Tom. I. p. 618.

Licet ad subjectum nostrum non pertineat, ut diutius his clavis, seu variolis ovinis, inhaereamus, non possum tamen non, quin summa cum laude commemorem ob-

ser-

servationes Illustr. D. BOREL,
 quas recensuit Regia societas
 Agriculturae Parisiensis in notis
 additis Dissertationi Cl. D. BAR-
 BERET, quae coronata fuit.
 1765. nec non quaestiones a No-
 bilissima hac Societate ipsi pro-
 positas, praesertim circa insitio-
 nem horum clavorum. Quae
 omnium attentione dignissimae
 sunt; et quas, si occasio se ob-
 fert, omni ardore et studio pro-
 sequar.

ADNOTATIO.

Haud ingratum fore censui, si
 modum, quo observationes meas
 circa mutationes insitionum fa-
 cere consuevi, superadderem.
 Obfero ideo Vobis has duas ta-
 bulas,

bulas, quas aeri inculpi curavi, ut junioribus (a) Medicis ruri, vel in oppidulis degentibus, praefertim quibus nondum contigit inoculatos conspiciere, inservire possent.

In Prima Tab. insitiones penitus regulares repraesentavi; puncta sparsa circa incisiones designant inflammationum maculas. Lineae obliquae v: gr: 5. et 6. Die, vesiculas se elevantes, combustis similes: quae diebus 9 et 10 alte surgunt pure plenae spissiori.

Quae intra maculas rubras inflammatas, vel extra eas se manifestant pustulae, quidem varicellulae

(a) Aanmerkingen over de Inëntinge der Kinderziekte met waarneemingen bevestigd. Leeuw. 1770. cap. 8. p. 128.

lofae funt, fed illae a DIMS-
DALEO et a me non nume-
rantur.

In Tab. fecunda, omnes irre-
gulares funt, vel ratione erupti-
onis, vel plagularum inoculatio-
num. Priores vero A, ejusdem
aegri funt, in quo incisiones
egregie progreflae funt, etiam
urina variolofa, et febris con-
fpicua: fed nulla eruptio; quem-
admodum faepiffime contingit.

In Secundo, et Tertio B. in
Tertio, et Quarto C, nec non
D. plagae subito fuere inflam-
matae, tertio die jam jam valde
auctae, fed paulatim decrevere,
donec evanefcerent. Ita fe ha-
bent, ubi homines contagium non
capiunt, aut difpofitionem ha-

O

bent

bent ineptam, vel ubi jam laborarunt variolis.

E. vero immutatas fere incisiones exhibet, quas tamen 60. pustulae infecutae sunt.

In F. singularis irregularitas depingitur ex Juvene 26. annorum, cujus Urina variolosa fuit cum febre, sed 5. pustulae prodierunt.

F I N I S.



PETRI CAMPER

E P I S T O L A

A D

DAVIDEM VAN GESSCHER

Celebrem inter Amstelaedamenses

CHIRURGUM, ACAD: SCIENTIARUM HOLLANDIAE,
ET ZELANDIAE SOCIUM CET. CET.

De Emolumentis sectionis synchondroseos ossium
pubis in partu difficili, qua salva matris et foetus
vita, caput prave incuneatum, tuto expediri
et sectio Caesarea, vel Uncus evitari posset.

Anno MDCCLXXI.

In Novis Patriis litterarum exercitationibus,
Nieuwe Vaderlandsche Letter-oeffeningen
dictis, Part. V. Sect. IX. p. 386. Belgice edita,

NUNC AB

A U C T O R E.

Latine reddita.

107

BETRIJF CAMPBELL

LIST OF

AND

DAVID VAN GESSCHER

Chirurgus inder Antischijpmanen
Chirurgus Acad. Chirurgiarum Hollandiae
et Belgicae socius cet.

De Emolumenten/leedens syndeconditien
pauze in partu ditiell; dat salve mens et leuue
sua, caput ditiell incunant, lous expedit
et leuco Coelina, vel lous evanit pella

Anno MDCCLXXI
In Nova Palla II. curam exercit. pallas
Assensu Pallasische Leuue effinit
ditiell Part. V. 2. p. 386. Belgicae

NUNC AB

AUCTORE

Lingua reddita.

PETRI CAMPER

E P I S T O L A

A D

DAVIDEM VAN GESSCHER

*Celebrem inter Amstelædamenses
Chirurgum, Academiae scientia-
rum Hollandiae, et Zelandiae
socium. cet.*

De Emolumentis Sectionis syn-
chondroseos ossium pubis in
Partu difficili, qua salva ma-
tris, et foetus vita, caput pra-
ve incuneatum, tuto expediri,
et sectio Caesarea, vel Uncus
evitari posset.

Expertissime Vir!

Versus finem mensis Augusti,
anni praeterlapsi, litteras tuas

200

O 3

fum-

summo cum gaudio accepi; continebant praeter pietatis tuae erga me et sincerae amicitiae testimonia, animadversiones, quas in propositum meum fecerant aliqui; scilicet, *num liceret in capitis damnata femina experimentum capere, ut cognosceremus, utrum, sine vitae periculo, ossa pubis in ipsa cartilagine dividi possent scalpello, ea spe, ut perfectam sanationem absque claudicatione vel coxarum debilitate consequi possemus?*

Experimentum, quod eo solummodo salutari scopo a me fuit propositum, ut Sectio, si forte succederet, parturientibus posset administrari eo in casu, in quo Curatio Caesarea, periculosa ad eo, et horrenda matri, vel Un-
cus

cus partui absolute fatālis, omnino requireretur.

Objectionum aliquae ex partium studio praecipue natae quidem videbantur, potius vero eas laudabiliori volo adscribere ardori, solutiones earum obtinendi scilicet.

Miraris Vir Optime! aliquibus consilium meum absurdum fuisse visum? sed desine, quid ni quae-so liceret rejicere Amstelaedami, quod in initio ut insanum rejiciebatur ab Illustribus illis, ac celebribus Chirurgis, qui Parisiis Regiam Societatem, componunt?

Nova quaevis praejudicationibus opportuna sunt, eaeque crudelius saeviunt, simul ac invidia,
vir-

virtutum inseparabilis comes accedit.

Tibi, quem modo veluti in transitu de hac re monueram, haud ingratum fore arbitror, si magis dilucide, et abunde explanavero rationes omnes, quae me ad veniam illam, adeo singularem, uti quibusdam visa fuit, impetrandam impulerunt. Dices inde conatus meos, licet hucusque votis caruerint, maximi esse momenti non modo humano generi in universum, sed speciatim Uxoribus et infantibus nostris. Id simul percipies, a Celsissimo ac Serenissimo Principè, Belgii nostri Gubernatore haereditario, semper pro salute felicissimorum Patriae Civium vigi-

gilanti, propositionem meam benevole acceptam fuisse.

Lustrorum quinque experientia persuasit mihi, matronas nostras difficulter parturire, et quidem difficilius quam antea: Chirurgia enim quotidie magis, magisque in auxilium vocatur, non modo in nostris, sed et in Vicinis regionibus Gallorum, Anglorumque scilicet, quamvis illi insolo magis elevato habitent, aerem puriorem respirent, atque robustam magis habeant fabricam, et temperiem.

Non omnes tamen mulieres ex necessitate quadam fatali difficulter parere Africa monstrat, et America, maxima quoque Asiae pars. Feminae enim earum re-

P

gio-

gionum , five propter coelum magis calidum , five propter circumcaesuram corporis , vestibus arctis haud depravatam facilius partus enituntur ; idque tanta cum felicitate , ut postero die iterum rebus domesticis vacare queant.

Celebris , et ingenio summo pollens A. RUSSEL (a) praeter memorata privilegia , Balnea Alepi tanquam auxilia hujus beneficii considerat. *Mollissimae quoque Matronae*, inquit, *raro ultra 10. vel 12. dies in cubiculis suis morantur , et illae villarum fere omnes postero die solitos labores peragunt.*

Etiam ex Siphrae , Puaeque re-

(a) Description of the city of Aleppo. p. 79.

responso Pharaoni dato (b) discimus Judaeas aegyptiis mulierculis facilius peperisse. Corporis circumcaesura, et vitae genus multum contribuere videntur ad hoc privilegium. Nequaquam interea Magno HALLERO adsentiri possum, (c) etiam nostras feminas idem facere posse, si se instar

P 2

Afri-

(b) Exod. I. vs. 19. legi deinceps commentarios Clariss. Patrik, Polus et Wels; qui Aquilae sententiam adferunt, ac si obstetrices dixissent, *Hebraeas ipsas obstetrices fuisse*, et ideo aliarum curatione non indiguisse: vid. Comment. in Exodum. p. 6. quam interpretationem etiam sequitur Cl. J. D. Michaëlis, Deutsche Uebersetzung etc.: 3. partis. p. 2. si ita legi deberet, comparatio a me facta omnino non conveniret. Licuit tamen mihi, ea uti quia etiam magni nominis viri jam diu putarunt, hic facilitatem adpartum edendum indicari. Quemadmodum apud eosdem anglos ib. videre est.

(c) Elem: Physiol: Tom. VIII. p. 433.

Africae, Americae, et Lapponiae mulierum adfuefacerent, ut ingruentes et leves ad partum expellendum dolores contemnerent, et eos tantum adjuvarent, qui partum feliciter promovere possent.

Nemo fane, nisi qui paucis parturientibus adfuiſſet, haec adeo universalia ſtatueret vellet: verum quidem eſt, meretriculas, ſaepe clam parientes, incredibiles edere vires; ſed apud eas pudor, et proditionis metus ſupra humanis his viribus ſtimulum addunt. Perinde ac Captivi ſpe libertatem recuperandi, ac poenam juſtam eludendi incitati, per tales ſaepe cuniculos aufugiunt, quos alii nequidem vi coacti tranſirent.

IIIuſtr.

Illustr. HALLERUS (d) ut in viam redeam, exitinatoribus tamen adnotat, mulieres in Yslandia non facilius parere, quam in Dania, et Kurilskias summo cum dolore partum eniti.

Nostrates, maxime quae procerae sunt, et lumbos cauos habent, aegrius pariunt quam parvae, quamquam contrarium aliquando locum habere possit: quia saepius a mole capitem infantum dependet. In universum tamen haud sine ratione arbitror, thoraces longos virginibus nostris delicatulis jam a teneris corpus valde ineptum reddere ad partum, et osseam pelvim coarctare.

Aer, alimenta, confidendi

P 3 mo-

(d) ib. 434.

modus (e) cet: haec omnia simul sumpta influere possunt simul.

Contingere etiam potest, ut hodie melius cognoscamus quid in Gynaecceis agatur, quoniam permulti viri honesti, multi Chirurgi peritissimi, et Medicinae Doctores, etiam Professores Publici sibi honori ducunt feminis, etiam in partu difficili suum non denegare praesidium. Pauci olim et

(e) Divitum puellae adhuc parvae altis sedilibus imponuntur, et incitantur ut corpus erectum teneant; unde spina dorsi magis introsum flectitur, et lumbi altius intra pelvim descendunt, atque ita eam arctiorem reddunt. Rusticae, et pauperculae in urbibus omnes, juvenes, vetulae super sedilia parum alta collocantur, et lumbis convexis sedent, unde procul dubio pelvis amplior. Asiae, ex, Africae atque incultae Americae mulieres, nullis sedilibus adsuetae, ideo forte ampliorem habent pelvim?

et in majoribus Urbibus aliqui tantum, illud opus ingratum in se suscipiebant : arcana erant omnia, modus ad juvandi aequae atque sequelae !

Ruri, quemadmodum ad hunc diem usque in multis regionibus, imperiti artem suam commendabant, auro magis, quam miserabilium feminarum utilitati, inhiantes.

Progressus ab omni parte, ex felici hac rerum vicissitudine nati, nos magis magisque sollertes reddiderunt, et intra breve tempus didicimus egregia SMELLII forcipe uti, atque ROONHUZIANORUM veste. Jactitantiæ vanæ reus non ero, si adfirmavero, nos hodie $\frac{7}{8}$ partes infantum

tum salvas et sine laesione ulla in lucem edere, qui antea apertura in cranio facta, vel unco peribant. Adeo commune erat funestum illud machinamentum etiam ante 25 annos in nostra republica!

Accidit tamen aliquando, ut neutro horum laudabilium instrumentorum uti queamus; et ut, nisi parturientem cum foetu suo certae neci tradere velimus, necessario uncum adhibere debeamus, vel foetus caput diminuere, ut partum excutiamus, ne mater pereat; vel sectionem instituere Caesaream, quae, licet in paucis casibus absolute necessaria, matri summopere terribilis est, ac periculosa. Non opus est ut longior

gior sim in his, relego TE, ad dissertationes, quas secundae Belgicae Editioni MAURICAEI adjeci (*f*), in quarum pag. 37. hanc materiem abunde pertractatam reperies.

Aliquoties, licet raro, coactus fui uncum adigere, sed nunquam

Q fine

(*f*) A^o 1759. Amstelædami reimpressus fuit Eximii MAURICAEI, tractatus de gravidarum, et parturientium incommodis Belgice Apud *J. Morterre.* adjeci Sex Dissertationes, 1. de Pelvi et infantum capitibus, ceterisque in partu necessariis. 2. de uteri situ intra pelvim, ac foetus intra uterum. 3. de partu naturali, capitibus incuneatis, ac signis vitae et mortis. 4. de *Roonbuzianorum vecte*, et ejus utendi modis. 5. de *forcipe Smelliana* et ejus applicatione. 6. de Uteri prolapsu, et commodo pessario. Additis Tribus Tabulis. Eas brevi latine seorsim in lucem edam, additis multis observationibus circa Roonhuzianum vectem, et uteri prolapsum.

sine summo animi dolore de tristibus illis circumstantiis reminiscor : Etiam si conscientia mea nunquam me accuset de ulla imprudentia, vel crimine. Mirari igitur desine Vir Expertissime ! si quotidie me totum quantum pro hac re devoveo ea spe , ut certam tandem, dummodo possibile sit, excogitem methodum, qua capitis demolitionem per unicum, aequae atque Caesaream sectionem evitare possim !

Duodecim anni, immo plures lapsi sunt , quod observaverim divisionem ossium pubis amplitudinem pelvis magnopere augere. In prima dissertatione MAURICAEL Edit. alt. Belgicae 1759. adjecta p. 6. jam illius praestantiae

tiae mentionem feci, sed confiteor aperte, utilitatem hanc mihi nunquam in mentem venisse; etiam si natura ipsa monstraverit viam relaxando, et separando a se invicem ossa pubis, in omnibus fere difficilibus partibus, de qua re in posterum plura.

Contigit interea ut quotidie plura capita incuneata observarem, et saepe SMELLII forcipem ex voto applicare non possem; utque, perpetuis exercitationibus super Cadavera feminarum Roonhuzianorum vectem facilius, et, ubi capita vehementer incuneata erant, saepius, et citius, commodiusque adhiberem; Sperare igitur cepi nunquam mihi casus se oblaturus, qui utrum-

que inutile redderent praesidium, quin tale potius detegerem medium, quod omnem metum peccandi dirimeret, tutamque indicaret encheiresin.

Dum his meditationibus saepius me defatigarem, accepi ab Amico meo carissimo, Celeberrimo LOUISIO Professore Regio, et Acad. R. Chir: Paris: a secretis perpetuo, Epistolam datam 9. Martii 1769. in qua haec memorabilia, et nova reperiabantur.

A L'academie de Chirurgie nous discutons presentement L'operation Cefarienne : il en a été faite deux l'année derniere. L'une avec succes, et l'on a tiré deux Enfans. L'autre femme est morte le troisieme jour.

jour. J'ai assisté à l'ouverture du cadavre. Je ne sçais comment on avoit procédé à la section de la matrice : mais elle étoit demi circulaire sur le haut de l'organe , et une portion del'ileon s'y est enclavée. Il y a bien des observations à faire à ce sujet.

Dans la femme qui a survécu on a fait des points de suture à l'abdomen , et ils ont attiré des accidens. On a voulu s'en dispenser dans l'autre , il n'est pas survenu la moindre inflammation aux lèvres de la playe , et elle n'est point agglutinée. Ensorte que la veille de la mort , le Chirurgien voyant cette femme dans des suffrances de colique , desfit les languettes aggluti-

*natives , et les intestins faisoient
bosse de la plage.*

Un autre jeune Chirurgien a proposé d'éviter l'opération Césarienne dans le cas ou on la croit indispensable , par rapport à l'étroitesse des os du bassin. Et il y supplée par la section du cartilage de l'os Pubis. Ceci n'est qu'un projet, que l'academie a trouvé extraordinaire.

L'auteur voudroit qu'on en fit l'essay sur une femme condamnée à la mort , à qui l'on accorderoit sa grace en se soumettant à la division des os pubis : on scauroit si la glutination pourroit s'en faire , et si la femme en resteroit estropiée ou non. Il se promet plus d'avantages qu'il se pourroit vraisemblablement

ment en retirer, et il n' à pas assés estimé les dangers, etc.

Haec ita interpretor.

Jam in Academia nostra Sectionem Caesaream diligentius perpendimus ; bis instituta fuit anno praeterito , prima prospero effectu , eaque gemini servati fuerunt. Altera matri fatalis fuit tertio die. Ipse Cadaveris sectioni adfui , sed non novi quae ratione uteri sectio facta fuerit ; figuram habebat semicirculi in summa visceris istius regione , et ilei portio intra eam strangulata erat. Multis reflexionibus ansam dare posset hoc subjectum.

In illa femina , cujus vita servata fuit , abdomen futuris univ-
erunt , sed hae multa prava pro-
tu-

tulerunt symptomata. Cautiores fuere cum altera, cujus vulnus ne minima quidem inflammatione affectum, etiam non conglutinatum fuit. Adeo ut pridie ante mortem Chirurgus, videns feminam colicis doloribus affectam, fascias agglutinantes oblongas solveret, quo tempore intestina tuber faciebant, seu protuberabant extra vulnus.

Chirurgus Junior proposuit modum praetermittendi sectionem caesaream in eo casu, quo inevitabilis videbatur propter pelvis arctam compagem, atque sectionem cartilaginis inter ossa pubis substituit. Sed haec solummodo cogitatio est, quam Academia valde singularem censuit.

Au-

Auctor desiderat, ut experimentum capiatur in femina ad mortis supplicium damnata, cui gratia deberet concedi, si se submitteret huic ossium pubis divisioni: inde disceremus utrum conglutinatio succederet, et utrum inde femina vitaretur nec ne? meo iudicio plura inde emolumenta deduxit, quam legitime inde expectare posset: non videtur satis aestimavisse pericula, cet.

Captus ingenioso Junioris Chirurgi consilio, statim in mentem vocabam, quod toties in sectionibus synchondroscos ossium pubis cadaverum observaveram; super addebam insignes deductiones ossium pubis a se invicem, et ossium ilium ab osse sacro in

R

per-

permultis partubus. Simulque animo volvebam unionem ossium pubis, quae non nisi pinguedine obtegitur, et exigua parte clitoridis laxè cohaerentis, et facile fusque deque mobilis: tandem, quam parva foret haemorrhagia. cetera.

Tanto perfusus gaudio Inventorem ambabus ulnis amplecti voluisssem, si licuisset ab ore ejus excellentissimam hanc cogitationem velschema, accipere! tali modo miseras cum certitudine servari posse parturientes credidi, dum modo experimenta votis responderent.

Ipse Natos habens jam fere puberes, parum commodi capere poteram ex utilitate hujus inven-

ventionis, si summo Deo placeret
eam benevertere. Nihil praeter
aliorum bonum, nihil praeter
universam utilitatem, nihil prae-
ter concivium meorum salutem,
me tanti poterat participem red-
dere gaudii, tanti inquam gau-
dii, quanto nemo adfici potest,
quam cujus animus iusta facile
commovetur misericordia! Ultra
viginti annos, qui omne lucrum,
etiam quaevis munera, unico
(a) excepto, contempseram pro-

R 2 pter

(a) Quum 1763. Amici mei honoratis-
simi Josuae van der Poorten, Cel-
sissimi ac Serenissimi Principis Araus:
Wilhelmi Quarti in Societatis Indicae
Orientalis Collegio Amstelaeladamenfi vi-
cem gerentis, carissima uxor, dum in
ejus Praedio suburbano hospitarer, aegre
parturiens, mea cura subito et feliciter
liberaretur a foetu mortuo prave sito, at-
que brevi sanitatem reciperet, placuit

Viro

pter opem , quam parturienti-
 bus , etiam ditissimis tuleram ,
 quid , quaeso , collimare pote-
 ram hac ecstasi , quam aliis esse
 utilis , aliis inservire ? Ipsos In-
 vidios compello ! utrum , etiam
 si celebritatis cupido accessisset ,
 reprehensione dignus fuisset , vel
 criminis reus , quod tam laudabi-
 li , ardentique studio ductus glo-
 riam immortalem consequi volu-
 erim ex munere maximo , quod
 unquam in arte , quam profiteor ,
 Humano generi obferre potui ?

Sed

Viro Nobilissimo in memoriam rei tam
 singularis , Horologium ex auro factum ,
 eleganti encausto eximie exornatum , mihi
 dono dare , quod recusare mihi non li-
 cuit. Casus hic erat ideo praecipue valde
 memorabilis , quod ex Frisia iter in Hol-
 landiam faciens hoc officium praestare , po-
 tuerim , uxori optimae amici integerrimi ,
 et quidem ea ipsa nocte , qua accesseram.

Sed mitto haec, ut ad rem propius accedere ac tibi narrare possem, qua ratione experimentum in sue captum fuerit, quaenam super feminarum emortuarum corpora, et quo cum eventu instituta fuerint; tandem qualem libellum supplicem, propositum meum exponentem, Supremae Curiae Groningo-Omlandicae obtulerim?

Porculus maxime aptas judicans, ut curiositati meae subito gratificarer, in principio Junii 1769. talem emi, et jugulari curavi, qua optimam methodum encheirefin in viva adhibendi ediscerem. Clariss: MUNNIKS, cujus manus ad experimenta similia singulari felicitate veluti formaveram, me adjuvabat.

Antequam Sectionem molirer, prius aptam excogitavi fasciam, fundam scilicet; cujus duo capita circulatim coxas circumire poterant, reliqua sub ischia, ibidemque ligari, ne laberentur, et tamen faecibus non obstarent.

Deinceps sectionem faciebam, incidens non nisi cutem, pinguedinem, atque synchondrosin: tandem ossa pubis adeo a se invicem diducebam, ut digitum inhiatum demittere potuerim.

Hanc encheiresin dum satis facilem deprehenderim, alteram vivam emi, ut 8 Junii, circumstantiis reliquis egregie faventibus, extra Urbem in Villa B. Woldering, Lanionis hujus civitatis honesti, sectionem supra memora-

ra-

ratam in viva hac porcula experirer.

Praeter M. D. W : MUN-
NIKS, jam Anatomes et Chirurgiae Professore in hac Academia, etiam invitaveram D. ALLARDI, nunc Doctorem Medicinae, magnae spei Juvenem, qui diu Scholam meam Anatomicam frequentaverat, sibi que eximiam acquisiverat dexteritatem.

Re autem magni momenti, quae me aliorum requirebat, inopinanter eveniente, encheiresin tradere ac commendare debui ambobus Laudatis discipulis, qui ad nutum meum omnia peragebant, secando non modo synchondrosin, sed et diducendo ossa pubis tantopere a se invicem,

cem, ut facile digitum admitterent. Vix ultra unicum cochleare cruoris effluxit : maximo-pere interea ipsum animal calci-trabat , seseque tam vehementer commovebat , ut fascia non nisi difficulter admoveri potuerit : augebat hanc difficultatem metus, ne prava insequerentur sympto-mata ; animal igitur nimium ur-gere non audebant.

Simul atque omnia essent pe-racta, et fato suo commissum es-set animal , neque deambulare, neque stare posset ; et decumbens valde esset inquietum omni dili-gentia fuit enutritum , die ta-men sequenti parum comedit.

Vulneri nihil erat super ac-commodatum , sed, *B. Woldering*
po-

stero die placuit futura vulnus
unire, quod nullum damnum at-
tulit. Eventus adeo erat faustus,
ut ad me 16 Junii, adeoque octo
dies post operationem, has mitte-
ret litteras. *Domine! ad te scri-
bo, porcalam iterum pristinam sa-
nitatem recuperasse, iterumque cur-
rere posse; et bene edere, et bibere,
quemadmodum antea. cet.*

Saginatam meis sumptibus, et
in fine Novembris in urbem dela-
tum animal jugulatum fuit, et be-
ne depuratum. examinavi genitalia
diligenter, reperiique vulneris
cicatricem sensibilem, vulvam
optime constitutam, et cute sub-
lata musculos sanissimos.

Serra dein integra ossa pu-
bis permedia acetabulorum su-

stuli, et coram meis auditoribus dissecui. Adductores, et graciles muscoli non inter se erant commisti, neque ullo modo affecti: os pubis sinistrum tantummodo magis eminebat dextro, unde a parte priori parum inaequabile est, sed a parte interiori omnia sunt aequabilia, et laevia, etiam synchondrosis seu cartilago remansit, in recta linea vero non decurrit. In thesauro meo ossium morbosorum, illud specimen aservo, neque cuipiam, cui haec cordi sunt, conspectum recuso.

Inaequabilitas horum ossium, nata ex difficultate continendi animal, simul testimonium haud aequivocum exhibet, ossa illa omnino a se invicem separata fuisse.

Eu

En primum experimentum
captum in vivo animali, et qui-
dem delicatulo! En sanatio octo
dierum spatio peracta, et absolu-
ta! in animali, quod intractabile
est, et sordes amat!

Hoc eventu incitatus, experi-
menta, simul ac occasio se obse-
rebat, institui in emortuis femi-
narum corporibus.

Die 23 Decembris ejusdem
anni in Theatro Anatomico co-
ram Auditoribus meis, ut oculati
testes essent, in Cadavere vetulae,
pedibus extensis resupinato, cul-
tro mediocri pinguedinem pubis
secui usque ad synchondrosin,
etiam summam partem labiorum
vulvae, dum simul clitoridem si-
nistrorsum movebam.

Synchondrosin deinceps divisi, quod fere semper succedit, prudenter a parte superiori deorsum, donec penitus esset separata; sine ulla laesione vesicae, urethrae, vel earum muscutorum.

His factis, ossa pubis a se invicem diduxi, quod facile fiebat; sed tum dextrum crus clitoridis valde extensum magna vi resistebat.

Praevie autem mihi paraverat Celebris Noster et eximius Mechanicus *Kuypers* Groninganus, circulum aeneum, qui articulo commodo junctus, graduum insculptorum ope, mensuram dilatationis exactam dabat.

Sed quoniam hic mihi non ardebat modus, circulum fustuli,
et

et femora diduxi, unde ossa pubis tantopere a se invicem separabantur, ut manus facillimè intra pelvim ingrederetur, quod ante hanc dispositionem omnino erat impossibile.

Decembris 25. duplicem chordam circa coxas injiciebam, cujus ope ossa pubis quam proxime, et firmiter ad se invicem ligabam. Corpore dein, uti in parturientibus solet, disposito, foetum mortuum, aliquot dies natum, postquam uterus, et vagina cum vesica ablata erant, capite ita demisi intra pelvim, ut incuneato simile foret: vecte Roonhusiano tamen, etiamsi difficulter, caput illud extraxi; argumento pelvim

relative ad foetus caput fuisse arctam.

Postea ligaturam dissolvi, unde ossa pubis valdequam dehiscebant, licet clitoridis crus, neque diffringeretur, neque magis relaxaretur. Interim, applicatis tum ambabus manibus ad latera capitis infantis, perquam facile illud extrahere potui.

Felicissimus hic eventus mihi non tantum valde placuit, sed ad haec eadem repetenda me vehementer incitavit.

Partu hoc experimentali, si ita nuncupare licet, peracto, pedes cadaveris iterum extendebam, atque genua ad se mutuo ligatura uniebam. Ea ratione ossium pubis extremitates disse-

ctae

ctae iterum ad se mutuo perfectissime applicabantur.

In viva femina autem, si institui deberet chirurgia, requireretur circulus chalybeus, completens coxas, sed a parte priori apertus, qualem aliquando pro retinendis duplicibus herniis adhibemus, sed sine scutis. Capita hujus circuli circumflexa esse debent, idest ad angulum rectum antrorsum flexa ad longitudinem duorum digitorum transverforum; ita ut unum caput fibulam, alterum habenam excorio factam excipiat. Eo modo non tantum fortiter adstringi posset, sed simul spatium aptum cederet, ut vulnus commode deligari posset.

Experimento huic primo ad-
dere

dere oportet , ossa ilium etiam fuisse disjuncta ab osse sacro, adeo ut cum crepitu essent mobilia : etiamsi ligamenta interna inde non diffringerentur.

Anno 1770. 8. Aprilis alterum experimentum institui in cadavere puerperae hoc modo. Corpus more solito super tabulam pedibus extensis resupinabam. Clitoris alte adscendebat juxta synchondrosin ossium pubis, ita tamen ut facile moveri potuerit sinistrosus : omnibus ita dispositis scalpello mediocri in hoc cadavere facilius , quam in priori , ossa pubis a se invicem separavi.

Secabam prius synchondrosin a parte summa deorsum , dein
li-

ligamentum in concavo arcu pubis sito, sine ulla laesione itineris urinae vel ejus sphincteris.

Elevabam tum femora, et diducebam, quemadmodum apud parturientes fieri solet; ossa pubis inde adeo a se invicem dehiscebant, ut duos digitos transversos in hiatus demittere licuerit. Majorem quoque diductionem admittebant ossa ilium et os sacrum sine ullo crepitu; procul dubio, quia etiam et haec ligamenta in partu diducta fuerant, quemadmodum probabiliter in omnibus partibus naturalibus, juxta expertissimorum anatomicorum observationes, semper contingit. In vetulae cadavere, e contrario ossa haec, quemad-

T

mo-

modum supra monuimus, ilico crepitabant.

Quum autem haec ossa pubis valdequam hiabant, urethrae sphincter quidem valdequam erat expansus, sed non dilacerabatur. Etiam clitoris maiorem dilatationem quam in priori cadavere admittebat.

Non requiris, ut repetam, quam facile caput recenter nati solae manus ope per hanc dilatam pelvim protrahere licuerit: dilatatio enim multo major erat quam in primo experimento, etiam id commodius peragebatur, ita, ut una manu fieret. Pedes huius corporis etiamsi extenderem, sectio in synchondrosi facta tamen hiabat adeo,
ut

ut coactus fuerim lateraliter sub clunibus cuneos ligneos disponere, quibus vulnus ilico claudabatur. Causa hujus erat os sacrum, quod magis extrorsum prominebat. In lecto, maxime si circulum chalybeum supra descriptum accommodaremus, id non modo neutiquam contingeret, sed penitus praeveniretur.

Periculum tanta cum felicitate in porcula captum, et experimenta in emortuis feminis tanto cum emolumento repetita, animum meum vehementer inflammabant adeo, ut ingens me teneret desiderium sectionem hanc in viva femina instituendi. Incredibilis enim ardor est, et industria eorum, qui artium emendationes

moliuntur, praecipue, ubi tantum commodum, quantum hae generi humano promittunt!

Eodem tempore, quo haec ferio meditabar incarceratione Curiae Supremae hujus Provinciae detinebatur femina propter infanticidium. Magni, atque Ingeniosissimi **DIDEROTI** (a) sententia, *Capite damnatos in simili casu plus boni praestare posse societati, quam mortis supplicio*, augebat desiderium meum: Principis Arausionensis perspicacia, et bonitas spem meam alebant incredibiliter: gratulabar jam jam mihi de favorabili venia, dum modo natura,

(a) Encyclopedie ou Dict. Raisonné des sciences &c. p. 410. Vol. I. Edit. primae.

tura , et criminis gravitas ei non obstarent.

Postquam audiveram parentes, detentae, et capitis damnatae puellae gratiam, vel remissionem, a Serenissimo Principe subnixè rogasse, hunc libellum Illustrissimis ac praepotentibus Supremae Provinciae Curiae Consulibus, spe me tanto ardore non peccaturum, omni cum reverentia obtuli.

Illustres ac Praepotentes Viri!

Quandoquidem pro certo mihi retulerunt, quamdam *Siertje Jacobs* propter perpetratum infanticidium in carcere supremae Provincialis Curiae detineri, et juxta leges hujus Reipublicae capite damnatam esse. Parentesque

hujus infelicis puellae se ad Serenissimum, Celsissimumque Principem Arausionensem supplices recepisse ut poenae remissionem, vel gratiam delicti a Celsissimo Nostro Gubernatore haereditario profilia sua impetrarent. Vos omni debita cum reverentia compellare ausus sum, ut benevole intercedere velitis apud Serenissimum Principem pro hac misella, ea conditione, ut detenta subeat experimentum maximi pro toto humano genere momenti; quod simul, meo judicio damnatae nullo modo foret periculofum.

Polliceor me propriis manibus, et summa cum prudentia illud effecturum, atque interea, quantum in me erit, omnes vires intenten-

tenfurum, ne symptomatibus pravis excrucietur, curaturumque ut pristinam sanitatem recuperet.

Rationes, quae me ad hunc actum penitus singularem incitarunt, Vestram, ita mihi blandior, merebuntur approbationem.

Ignorare haud potestis Viri Perillustres atque Praepotentes! Qui tanta experientia tot annis comprobata omnes alios antecellit, quod puerperia propter pravos situs infantum, vel proportiones partium impares, praecipue capitem, aliquando absolute impossibilia sint, nisi infantis caput, five vivat, five mortuus sit, acuto instrumento aperiatur, cerebrum evacuetur, atque ita tandem mole diminutum unco pro-

protrahatur. Vel, nisi infelicis parturientis venter atque uterus dissecantur, ut foetus per illud vulnus horrendum nasci possit.

Facile percipietis Viri perillustres! primam methodum absolute lethalem esse misello infanti; attamen aptam, ut vita conservetur matris, *quae*, meo iudicio, in hoc magni momenti casu, in quo alteruter vitam ex fatali necessitate perdere debet, *utpote primaria servari debet*. Et quidem eo magis, quia mater eodem tempore tanta cum prudentia et cura potest adjuvari, ut in posterum, denuo gravida, feliciter pariat, quemadmodum multiplici experientia comprobari posset.

Methodus altera Viri praepo-
ten-

tentes! non modo valde horribilis est, et periculosa simul Matri, sed etiam infanti maxime dubia: immo incerta admodum utrique. Quoniam, capite incuneato, nemo, quamvis expertissimus, in initio detegere potest, utrum foetus vivat, nec ne?

Si mortuus esset, uncum adigere liceret, sed in tam dubio, et incerto rerum statu Viri Perillustres! quis per Deum precor! dummodo conscientiam et experientiam habet, miseram matrem crudelissimae huic chirurgiae exponet?

Verum esse equidem fateor, sectionem caesaream aliquoties successum habuisse, etiam eandem matrem non semel, sed saepius

fervatam fuisse hac iterata enchei-
resi. Certum autem etiam est,
longe maximum numerum cum
horribilibus symptomatibus pe-
riisse.

Sed quid, quaeso, continget, si
Medicus, ut famae propriae con-
sulat, ad crudelem illam, et hor-
ribilem curationem concludere
non audet: vel, quasi vero pro-
pter conscientiam suam scrupulo-
sam, ut uncum lethalem adhibeat
non satis habeat confidentiae?
Tunc certo certius moritur infe-
lix mater, postquam non modo
plures horas, sed plures dies sine
ulla remissione vehementer, et
frustra excrucitata fuit, moritur-
que tandem pleno cum utero, et
tenelli infantis sepulcrum fit
hor-

horrendum! sed utinam hic foret miseriarum finis! Infelix viduus interea, saepe plurimorum liberorum pater, perdit amabilissimam conjugem una cum foetu, atque post tot funestos casus, post tot dolores, angoresque tristissimos, et animi ineffabiles aegritudines propter irritam spem, postquam tantas desperationes suis oculis conspexit, tandem se, natosque suos orbos videt matre carissima, et in luctuosissimum demersos dolorem!

Interea Viri Praepotentes, nondum hucusque ullum aliud praesidium cognitum, vel faltem nondum experientia comprobatum est; Chirurgi, quamquam lubenter artis suae po-

moeria in salutem hominum extendere conentur, metu retinentur: Cedunt prudentiae politicae, neque satis audaces sunt, ut aliquid novi moliantur, etiam licitum non est vitam vel sanitatem praegnantis periculo exponere, etiamsi necessitas urgeat, quamdiu exempla defunt, quibus curationem adhibitam defendere queant. Ars igitur imperfecta manet, et speciosa illa prudentia, atque fulgentissimus ille amor fociorum, interea vitam plurimarum matrum, et infantum perdit, evaditque omnium horribilissima crudelitas.

Nihil igitur superest Viri Praepotentes! quam quod in capite damnatis feminis talia instituamus

mus experimenta. Exempla etiam ad manus sunt, quibus comprobari potest, Principes ingenio acuto pollentes vitam concessisse iis, qui, postquam encheiresin experimentalem subierant, cura et solertia medicorum sanitatem receperant. Ita Galliae Rex Ludovicus Undecimus (a) permisit, ut ex consilio medicorum, Chirurgorumque Parisiensium, in quodam *Franc Archier* ad mortis supplicium damnato, sectio calculi experimento confirmaretur. Unde non modo intra 15 dies fuit sanatus, sed et vitam et praemia retulit. Regi illi honos competit chirurgiae hujus, quae non modo ejus perspi-

V 3

spi-

(a) Encycloped: ib. p. 410.

spicacia in usum fuit deducta, sed aliquot millenis per universam Europam vitam servavit.

Infitio variolarum, cujus felices effectus multi e Vobis Praepotentibus incarissimis suis tum Uxoribus, tum natis mirati fuistis, Londini primum sub auspiciis Brittanniae Regis, 9 Augusti 1721. infex capite damnatis, tribus viris, et totidem feminis comprobata fuit, qui omnes 6 Septembris subsequente integram sanitatem, et ex carcere dimissi libertatem recuperaverunt. Sapiens illud Augustissimi Regis consilium quot non millia honestorum atque Ingenuorum hominum vitam conservavit; et

contra

contra multiplicia ex variolis naturalibus saepe oriunda horribilia mala defendit?

Talia et tanti momenti exempla animum meum, Viri Praepotentes! adeo incitarunt, ut ausus fuerim similem gratiam Vobis pro genere humano supplicare.

Incoeptum meum tamen audax non fuit, et expectatio mea non omnino caruit probabili et felici successu.

Chirurgia haec desideratur, *ut ossa pubis in hac punienda femina a se invicem secentur sine ulla laesione vel destructione partium externarum, et sine ulla partium internarum periclitatione.* Et, *ut separatione hac tale concilietur pelvi osseae*

osseae spatium, quo, si requiratur, in posterum foetus in aliis tuto excuti, et parturientes sine vitae periculo feliciter adjuvari possint.

In principio possibilitatem et eventum hujus curationis in emortuis feminis cum recenter natis, similiter emortuis, examinaui, et omnia votis meis satisfacientia reperii. Haec tamen sola non sufficiebant, 8 Junii 1769. Experimentum cepi in viva porcula, ejus ossa pubis sectione divisi, et animal 16 Junii, jam jam summo cum gaudio sanatum vidi sine vitio remanente, neque in incessu, neque in partibus genitalibus. Bene saginatum mactatum fuit mense decembris et a me industriose

striose examinatum, atque integrum repertum fuit: possideo adhuc haec ossa pubis, quae adhibitis, debita cura, fasciis etc. exactissime concreta et sanata sunt.

Interea, quod in animali felicem habuit successum, infaustum habere posset in homine. Quaestio praecipua in eo sita est, *num ossa pubis in viva femina sectione sufficienter a se invicem separari queant? num sanabile sit vulnus? quo tempore? et quibus cum vitiis remanentibus?*

En Viri Illustres! experimentum, quod ad periculum, et horrendum sectionis Caesareae dolorem, atque lethiferum uncum

evitanda, tanto ardore capere cupio in damnata!

Si, quod ex animi sententia opto ut nunquam accidat, moritur, sine infamia morietur, et in commodum generis humani: si sanationem recipit, quemadmodum probabile est, etiam benignam vestram clementiam grato animo recordabitur semper: illa enim, quae turpem et dolorificam mortem meruerat, salutem aliquot millium feminarum et infantum immolatur sine multo dolore, et sine vitae jactura!

Gratiosa interlocutio vestra pro hac femina, nomina vestra, Viri Illustrissimi! apud feros nepotes immortalia, et gratissima reddet. Vos occasionem favo-

ra-

rabilem praebebitis Celsissimo Principi, ut, emendatione praecipuae hujus chirurgiae encheiresis, aliquot mille conservare queat. Vos denique in infinitum angebitis reverentiam, quam venerabundus me totum Vobis devoveo.

Dabam Groningae a. d. 18 Junii

1770.

PETRUS CAMPER.

Serenissimus Princeps, si non erro, criminalem hanc causam non ejus indolis censuit, ut gratiam rogatam concedere potuerit, sed confirmavit sententiam a Praepotentibus Supremae Curiae

Consulibus latam: Infelix igitur mense octobris 1770. solito loco fuit decapitata!

Ea ratione mortis supplicium, juxta leges hujus Provinciae bene meritum, adhucdum levius redditum fuit, et hac vice nobis impossibile fuit nostro gratificari desiderio.

Intelligis facile Vir Eruditissime! basin meae propositionis hac inniti experientia; quod Natura ipsa nos doceat separatione officum pubis insignem dilatationem, et spatium pelvi conciliare.

HIPPOCRATES *de Nat. Pueri*
(a) jamjam animadvertit in primiparis

(a) FOES. Tom. I. p. 247. 50. Ex puerperis autem praecipue laborant, quae primos partus experiuntur, eo quod doloribus

paris ossa pubis a se invicem ducunt. DIEMERBROEKIUS idem in egregia dissertatione (a) demonstravit. Et nuper separationem ossium pubis et Ilium tam abunde et evidenter confirmavit Celeb. LOUISIUS (b) ut reliqua argumenta prorsus superflua haberi queant.

Non possum tamen non, quin experientiam propriam adjicere debeam. Non tantum Amstelædami (c) sed Groningae hanc laxationem et separationem ossi-

X 3 um

ribus non assueverint, et totum quidem corpus dolor occupat, præcipue vero Lumbos, et Coxendices, quæ ipsis deducuntur.

(a) Lib. 9. C. 16. p. 552.

(b) l'Hist. de l'Acad. de Chir. Tom. IV. p. 63.

(c) Verhandeling: voor MAURICEAU ib. p. 7. §. 1.

um pubis a se invicem, atque
ossum ilium ab osse sacro 15
Aprilis 1767. Auditoribus meis
maxime sollertibus, MUNNIKS,
ALLARDI, De BUSCH et
VERSTER in juniore mox post
partum emortua femina demon-
stravi; deinceps idem in alia
emortua puerpera mense De-
cemb. 1767. publice in Theatro
Anatomico exposui.

Exempla haec fortasse nondum
convincere poterunt adversarios
nostros? sed, consulant veritatis
semper studiosum MORGA-
GNUM(a), qui eandem illam di-
ductionem expertus fuit in emor-
tua puerpera, saepius ante foetum
enixa.

(a) De sed. et caus. morb. Lib. 3. Ep. 48.
§. 44. p. 242.

enixa. Ulterius progrediens magnus ille Vir forma quaestionis proposuit (*a*), si non haec relaxatio, quia toties obvia est, omnino naturalis habenda sit? petentim in praegnantia hanc relaxationem jamjam incipere judicat, quia eam in diversis feminis exploratione (*b*) reperiit.

Si

(*a*) ib. p. 243.

(*b*) Licet ingentem numerum gravidarum exploraverim praesertim Londini cum Celeb. SMELLIO ad situm foetus in utero determinandum, tamen nunquam hanc laxitatem expertus sum, fateor me non ex industria tum temporis ad eam attendisse: sed Groningae. 1 Julii 1773. duas examinavi, unam octo menses quarta vice, alteram fere novem menses secunda vice gravidam, sed nihil prorsus detegere potui, siue stantes, siue decubientes exploraverim, ossa pubis firmiter inter se videbantur unita: etiam dolorificum ipsis erat hoc examen.

Si summi hujus senis auctoritas non sufficit, eam HARVEI, HUNTERI, et HALLERI(*a*) propono; vel Illustr. Baronis VAN SWIETEN, popularis nostri auctoritatem in medium fero, qui fatetur (*b*) se in Nobili femina postero die post partum mortua hanc separationem manifeste reperisse.

Natura igitur si in partibus difficilibus hac utitur via, cur eam non sequeremur? Inventum novum autem quomodo comprobabimus nisi prius in cadaveribus experiamur? quomodo persuaserimus de ejus praestantia, quamdiu possibilitatem in vivo animali

non

(*a*) Elem. Physiol. Tom. VIII. p. 435.

(*b*) Comment. in BOERH. Tom. IV. p. 539. in §. 1316.

non demonstraverimus, dein in capite damnata confirmaverimus?

Spe felicitis exitus incitatus nullis peperci sumptibus tum ad omnis generis instrumenta mihi comparanda, tum ad varia cadavera obtinenda, etiam ad viva animalia acquirenda: deficit solummodo experimentum maximi momenti in femina viva captum, quod in mea potestate non erat. Nunquam interea hanc encheiresin et curationem legitimam judicabo nisi cum emolumento et fausto successu super capite damnata fuerit instituta.

Objicitur, periculum laedendi vesicam urinariam in parturiente magnum esse, praecipue si alte

supra os pubis adscendens lotio permulto expansa est: sed quid impedit, quo minus evacuetur lotium fistula argentea incurva viris inserviente, et nullo modo fistula feminis adaptata? ex industria catheterem masculinum adhibendum esse determino, quia altius supra os pubis demitti, et ideo commodius applicari potest.

Supra medium ossium pubis locum nullae omnino partes sitae sunt, quae hac separatione damnum capere vel efficere queunt; sunt enim vel tendineae, cartilagineae, vel ligamentosae. Infectione Caesarea partes longe nobiliores laeduntur nec minus tamen succedit haec curatio.

Hic haemorrhagia haud magna
lo-

locum habere potest, et quae contingit se foras evacuat; hic neque hernia intestinalis, neque strangulatio intestinorum accidere potest, quae tamen Caesaream sectionem toties lethalem reddiderunt. Ut brevis sim, nervi ipsi non laeduntur, neque musculi, nam clitoris integra manet.

Maxima obiectio haec est, quod ossa pubis non inter se conglutinentur, sed et hanc experimento in sue instituto expedi.

Objiciunt aliqui, casus dari, in quibus sectio Caesarea absolute necessaria esset, quemadmodum in arctis et male formatis pelvibus, vel ubi magnae sunt exo-

stoses, qualem PINAEUS (a) mortem feminae Parisiis attulisse observat, addens simul se os pubis simili tumore affectum dono dedisse PARAEO; argumento haec impedimenta non esse rara. In his circumstantiis autem sectionem synchondrosis ossium pubis non proposui; sed, quem admodum valde perspicue determinavimus, in iis casibus, ubi caput infantis incuneatum est intra bene formatam et naturaliter constitutam pelvim, in quibus Chirurgus foetum destruere cogitur ad servandam matrem, vel sectionem Caesaream instituere. In quo casu vera quaestio haec est, *si non haec dissectio minus pericu-*

cu-

(a) Op. Phys. et Anat. Lib. 2. C. 5. p. 109.

culosa habenda sit tum contemplatione tum experientia in sue comprobata?

Id semper verum esse reperies, novitatem etiam expertis, maxime tamen imperitis, molestam esse: juxta meam propositionem Natura sola adjuvatur scopo valde salutari, ut mater, et partus conserventur modo maxime rationali et probabilissimo.

Fortasse etiam objicient aliqui, ligamenta, quae ossa pelvis ligant, adeo esse robusta, et synchondrosin inter ossa pubis adeo fortem, ut foetus nullus capite suo haec a se invicem diducere queat, etiamsi dolores ad partum admodum urgeant.

Sed cadit sponte objectio, quia

PINAEUS (*a*) jamjam animadvertit ligamenta etiam ante partum emolliri et relaxari, adeo, ut fibrae cartilaginum aequae atque spongia affluxu humorum eorum a Natura derivatorum sese dilatent, longiores evadant, et instar cuneorum ossa pubis a se invicem diducant.

GUILEMAEUS etiam ex LOUISII (*b*) suffragio arbitratur separationem ante partum fieri. Observatio similiter ab Expertissimo SMALLOT (*c*) Clar. SMELLIO communicata confirmat, octavo graviditatis mense ossa pubis in praegnanate quadam
laxa-

(*a*) ib. Lib. 2. C. 6. p. 114. (*b*) ib. p. 73.

(*c*) p. 87.

laxata, et post partum iterum tota sanata fuisse.

Interrogamus quare pulpofa et elastica substantia, quam probavimus (a) similem esse illi inter vetebrae sitae, se dilatare non posset eodem modo, quo illa vertebrarum nocte, quo tempore haec dilatatio nos proceriores reddit, et tanta vi vertebrae a se invicem diducit, ut integrum pondus trunci nostri tempore matutino ferant, ad minimum per aliquot horas? et quidem eo magis, quoniam ex vacis discimus etiam ligamenta sacro ischiadica sua sponte, diu ante dolores ad partum sese extendere et concava fieri. Et
apud

(a) Demonstr. anat. Pathol. lib. 2. p. 2. §. 3.

apud feminas uteri ostium, et genitalia summa Optimi Creatoris providentia aperiri sua sponte, idest a causis internis, affluxis humoris mucosi modo jamjam a PINAEO proposito, et non a foetu?

Quemadmodum post partum omnes hae partes iterum sponte coarctantur, et pristinam vim recuperant, ita et ligamenta haec omnia pelvis ossa a se invicem diducta denovo inter se ligant. Atque in hac re aequae naturales, quam artificiales separationes nimias adjuvabimus, ancillabimurque Naturae, fasciis scilicet, aliisque praefidiis, quae omnia ars abunde suppeditat.

Concedent quidem, id successum

sum habere posse, si relaxatio inter ossa pubis solummodo locum haberet, et ossa ilium a parte interna non diducerentur, sed objicient adversarii, si etiam ultimum contingeret, claudicantem fore inevitabilem, et multa alia prava symptomata inde necessario esse secutura.

Non negamus, ossa ilium etiam relaxari posse in proposita encheiresi, sed id quoque evenit in partu difficili: PINAEUS (a) enim illud non tantum fortiter urget, sed comprobat exemplo infemina 24. annorum, quae 10 Die post partum mense februarii 1579. suspendio necata fuerat.

Etiam nos nullomodo inficia-

Z

mur,

(a) ib. Cap. v. vi. vii. lib. II. p. 107.

mur, aliquando debilitatem in incessu, etiam claudicantem inde oriri posse: FABRICIUS ab AQUAPENDENTE (a) enim testatur se inpropria uxore laxitatem ossis ilium observasse, in aliis imbecillitatem, et claudicantem.

Duarum feminarum exempla, quae VERDIERIUS adfert, etiam si claudae remanserint post partum difficilem, rem non clare probant, seu potius me non penitus convincunt, laxationem ossis ilium unicam fuisse causam. PAREUS etiam observationes similes prodidit, atque ipse claudicantem post partum vidi in femina, cujus Historiam Clar. VAN

(a) obs. chir. Cens. 6. obs. 30. Et Louissius ib. p. 75.

VAN DER HAAR egregie (a) descripsit; sed in omnibus his simul metastasis post laetear febres claudicantis causa esse potuisset.

Clar. LOUISIUS magno jure urget, oportere ut fascias excogitent Chirurghi, quibus laxationes has restituant. Interea, si encheirefin a me propositam cum aliqua attentione legisti, animadvertere potuisti, eas a me praevie propositas, et in porcula adplicatas fuisse.

Quaestio jam haec est, num FABRICIUS, vel alii unquam ad eas attenderint, vel simile quid adhibuerint? Persuasus ta-

Z 2

men

(b) *Haarl. Verband.* VIII. Deel I. Stuk.

p. 307. praecipue. p. 330. 331.

men sum, quod his fasciis externe injectis subito admodum ossa pubis disjuncta persanassent, quia simul feminas supinas collocare, possumus, et ita majus procurare commodum. Quod tamen, licet in porcula locum habere non potuerit, sanationem non impedivit: e voto enim successit.

Didici interea, aliquos, quibus propositio mea communicata fuerat, hanc difficultatem movisse; ac si casum, in quo haec encheiresis necessaria foret, non satis clare definivissem, seu, ut clarius me explicem, ac si nulli omnino dari possent casus, in quibus Forceps SMELLII vel Vectis ROONHUZIANUS cum successu non posset applicari, at-

atque ideo Sectionem ossium pubis tantummodo locum habere posse, ubi pelvis praeter naturam esset coarctata.

Dicere tamen non erubescō, me probe scire, ubinam SMELLII forceps usu venire possit? ipse enim, dum 1752. *Londini* eram, eas delineavi tabulas, quae forcipis applicationes dilucide exponunt. Meum inventum erat eas catagraphice depingere; testatur etiam Magnus ille in Arte Obstetricia Chirurgus in sua praefatione (a) se in iis a me fuisse adjutum. Sed simul experientia edoctus novi, idque mihi etiam a Cl. HUNTERO fuit confirmatum, dum de forcipis usu dis-

Z 3

pu-

(a) A Set of Anatomical Tables. etc. p. 1.

putaremus, casus dari, v. c. ubi caput oblique orae pelvis immobile inhaeret, et alios, in quibus forceps nullum usum praestare potest. In eo casu R. BOOM *Amstelaedami* duas parturientes, cum suis foetibus a morte vindicare non potuit, argumento, etiam Vectem Roonhuzianum in his nihil efficere potuisse.

Celeb. etiam CHAPMANUS, qui adeo peritus erat in adhibendis laqueis, et in applicatione forcipis cum una parte more Roonhuziano, vel cum ambabus, aperte fatetur (a) neque unum neque alterum ex his praefidiis usu venire posse, nisi dum
ca-

(a) *Treatise ou Midwifery* p. 17.

put profunde intra pelvim situm est. Testatur quoque FIELDING OULD (a) circumstantias dari, in quibus forceps nullum omnino usum habet.

DEVENTERUS (b), licet instrumentorum inimicus, declarat tamen in vehementibus incuneationibus, ubi omnia praesidia ad matrem servandam frustra tentata sunt, cum foetu, acsi mortuus foret, esse agendum, et protinus extrahi debere. Jubet igitur (c) ut caput ejus instrumento non nimis acuto aperiatur, cerebrum extrahatur, et calvaria integra evacuetur: expressis verbis insuper monet, foetum (d) in hoc casu,

(a) p. 157. (b) Append. p. 414. Edit. 1746. (c) ib. p. 415. (d) ib. p. 417.

casu, ut mater servetur, sive vivum, sive mortuum, instar mortui esse tractandum.

Sed id etiam parum juvare potest in aliquibus casibus, contingit enim, ut, evacuata calvaria, et ossibus verticis prudenter extractis, infantis facies et corpus moveri nequeant, nisi cum incredibili labore, unde tantae saepe contusiones feminis accidunt, ut inde tandem moriantur.

Nemo, Clariss. P. de WIND excepto (a) animum adeo habuit generosum, ut haec omnia fateri aperte ausus fuerit.

Omnia haec accidentia locum habuerunt in mortuis aequae atque

(a) Geklemd hoofd gered p. 8.

que in vivis foetibus, cet. Unde patet, etiam in iis casibus, ubi pelvis ampla et bene constituta fuit, vehementes illas incuneationes locum habere posse, quae vel capitis aperturam, vel uncum, vel sectionem caesaream requirunt, vel matri, aeque ac foetui exitiales sunt.

Fateor equidem, aliquando caput, licet magnum, forcipe adeo amplecti posse Chirurgum, et pedetentim protrahendo id ita fingere et elongare, ut pelvim tandem transire queat: sed id non semper possibile est. Nam in multis casibus forcipem circa caput disponere non valet medicus; etiam vecte, seu forcipis uno crure aliquando caput di-

movere non potest, multo minus protrahere. Quid igitur? Nihil restat, quam ut matri venter aperiatur, vel foetus unco extrahatur, vel ut propositio mea tanquam media via in usum recipiatur, et approbetur!

Nam ita agere, quemadmodum LA MOTTE (a) praecipit et tamdiu cunctare, donec foetus vitam amiserit antequam uncus adhibeatur, aequo certo, si non vehementer erro, mortem infert, ac si protinus uncus tenello injiceretur.

Alii perhibent se nunquam uncum usurpasse, quam ubi foetus mortuus erat, quod quidem lau-

(a) Traité des accouchemens. Liv. III. chap. xx. obs. 244. p. 346. expresse, etiam obs. 187. p. 265. reflexion.

laudabile est, sed argumentum contra nostram propositionem non suppeditat. Quaestio enim haec inde oritur, utrum certo, et semper mors foetus dijudicari possit? LA MOTTE fatetur se bis adeo infelicem fuisse, ut infantis caput aperuerit, qui natus signa vitae superstitis dabat; etiamsi unus intra 30 horas nullum signum vitae dedisset, et ille, ut certior esset, collegam suum *Rosier* in auxilium vocasset, qui similiter foetum mortuum judicabat.

In altero foetor, propter gangraenam genitalium parturientis, tantus erat, ut omnia reliqua mortem infantis certam redderent. Interim caput infantis scalpello suo aperiebat, li-

berabatque ex repagulis matris, qui adhucdum vivebat (*a*), et quidem tamdiu, ut sacro S. Baptisma accipere potuerit!

Foetor itaque etiam certum mortis signum non est, et minus, quia ex Ill. SWIETENII suffragio (*b*) a sanguine putrescente oriri potest; seu, quemadmodum MAURICAEUS (*c*) animadvertit, parturiens gemellos utero gerere potest, quorum unus mortuus foetorem exhalat dum alter vivit.

Difficillimus proinde labor hic est, atque in hoc cardine tota res vertitur, determinare utrum
foetus

(*a*) La Morthe ib. obs. 346. p. 517.

(*b*) Tom. IV. p. 551.

(*c*) Malad. des F. Grosses. Tom. I. Liv. 2. ch. 12. p. 277.

foetus revera mortuus sit, dum caput profunde intra pelvim, et in ipso ostio uteri undique constrictum haeret?

DEVENTERUS Ingentis experientiae Vir, et magnae auctoritatis apud omnes nationes, (a) aperte fatetur, id esse incertum, et omnino dubium. Etiam non veretur id exemplo comprobare. Excutiebat certo quodam tempore laqueo, ruditerque tractabat infantem, quem, quoniam 48 horarum spatio nullum motum ediderat, mortuum iudicabat: foetus tamen ille clamore, simul ac natus esset Deventerum in admirationem rapuit, moriebaturque aliquot dies post

Aa 3 ex

(a) Cap. 52. p. 224.

ex impressionibus, quas capiti infantis attulerat.

Ex industria aliorum observationes transeo, testimonia Virorum tantae experientiae, virtutis adeo eximiae, et pietatis, sufficienter nos convincere debent, casus dari, in quibus peritissimi erraverunt, et adhuc dum errare poterunt.

Propositum meum proinde tum locum habebit, quando caput immobile haeret, licet pelvis naturaliter constituta sit, et quando non certo de morte infantis constat. Probabiliter quoque in aliis circumstantiis utile foret, quemadmodum ubi pelvis moderate arcta est, parturiens distorta est, cet. FIELDING OULD
verbi

verbi gratia foetus Caput a trunco non divulsisset, si ossa pubis a se invicem separasset; et sic de ceteris.

Praeter animadversiones criticas a quibusdam Medicis factas, et nisi fallor sufficienter solutas, aliquae a Juridicis fuere propositae: inter alias, *utrum Princeps jus aggratiandi etiam illimitatam habens gratiam, seu condonationem, conditione stipatam dare possit?*

Respondeo id neutiquam licere, quia contradictionem involveret; gratia enim seu condonatio est indivisibilis, et gradus in mortis vel vitae determinatione non admittit. Sed eo sensu propositionem meam Curiae Supremae

premae Justitiae non obtuli, et multo minus consensum a SERENISSIMO PRINCIPE rogavi.

Rem ita concepi, Principem, Jus aggratiandi habentem, sententiam circa mortis supplicium latam suo consensu posse confirmare, et finire, ut reliqua progrediantur modo ordinario. Sed eum, antequam sententia ipsa excutiatur, ut generi humano insigne tribuatur emolumentum, concedere posse, et jubere, ut Capite damnatae, quemadmodum in casu memorato, Curatio Experimentalis proponatur cum plena potestate hanc eligendi vel declinandi, sed ea conditione, ut si vitam servasset plenariam adipisceretur gratiam.

Eo

Eo in casu gratia non est conditionalis, nam optio conceditur damnatae, quae sanata, et vitam conservans non propter gratiam ipsi concessam, sed propter consensum, quem huic Experimento dedit, poenae remissionem adipiscitur: in quo casu poenae excusatio praemium est, et remuneratio suae submissionis, et nullo modo gratia, seu criminis excusatio.

Ea conditione *Franc Archier* Parisiis, et *sex Inoculati* Londini poenae remissionem acquisiverunt.

Serenissimus etiam Princeps Arausionensis nullo modo videtur aliquid absurdi in mea propositione animadvertisse: nam

placuit Celsitudini suae haec inferere in suis gratiosissimis litteris.

„ Quod attinet ad propositionem

„ *Medicinae Professoris* CAMPER,

„ spectantem praedictam deten-

„ tam, et Vestrorum Praepot: lit-

„ teris adnexam, non possumus

„ non quin summopere compro-

„ bare debeamus laudabilem ar-

„ dorem hujus Professoris circa

„ curationem, quam generi Hu-

„ mano utilem esse posse censet;

„ sed considerato statu Causae

„ detentae, ad quem propter

„ appellationem a Procuratore

„ Generali intentatam, et a

„ vobis Praep: admissam in pri-

„ mo instantia nunc deducta

„ est, non potuimus neque ea-

„ propter, neque alias ob rati-

„ ones

„ ones subjectum hujus propo-
 „ tionis Nostris subicere delibe-
 „ rationibus cet.

En Vir amicissime! rem inte-
 gram cum omnibus suis circum-
 stantiis explicitam! Rationes
 cunctae, quae me ad propositio-
 nem hanc faciendam impulerunt,
 et quas abunde hic addere non
 abs re putaveram, facile Te, et
 omnes Lectores, quorum animi
 studio partium non tenentur, do-
 cebunt, quomodo objectiones
 ardore tam iniquo, et atrocita-
 te tanta a quibusdam motae, le-
 vari queant, et quanti momenti
 fuerint haec experimenta, adeo
 ut nullus dubitaverim, quin ab
 omnibus aequis rerum aestimato-
 ribus comprobentur.

Ne autem unicuique has explanationes, et solutiones dare coactus esses Epistolam hanc typis impressam ad te misi. Accipe eam benevole et tanquam observantiae meae tesseram, accipe etiam, quaeso, gratias summas, quas tibi habeo pro laudabili ardore, quo famam meam contra invidorum morsus defendere placuit. Neutiquam illa maioribus viribus defendi potuit quam a Te, cujus summa merita in Re Chirurgica omnibus nota sunt: nunquam majori cum ardore quam a Te, qui nunquam, quod praeceptorum tuo debebas, neglexisti.

Perge igitur in his laudabilibus conatibus! honorem urbis, qua natus es, adauge, et celebri-

D. VAN GESSCHER. 197

britatem tuam, quam variis scriptis tanto jure adeptus es!

Semper ero cum sincero, et grato animo Vir Expertissime!

Tui cultor devotissimus

Groningae a. d.

xx. Junii

1771.

PETRUS CAMPER.

Bb 3

P. CAM-

D. VAN GESSCHER. 197

hinc inde, quam variis scri-
bis tanto iure adeptus es!
Semper ero cum tu, et
grato animo Viri Experientissimi!

Tu cultor devotissimus

Groningae a. d.

1771. Junii

PETRUS CAMPER.

P. CAM-

Bp 3

P. CAMPER

Animadversiones Criticae
In Illustrissimi

G. L. B. VAN SWIETEN

COMMENTARIA

DE VARIOLIS

IN USUM

Medicinae Studiosorum
Academiae Groningo
Omlandicae.

MDCCLXXII.

P. CAMPER

Animadversiones Criticae
in Hallerum

G.L.B. VAN SWIETEN

COMMENTARIA

DE VARIIS

IN USUM

Medicinae Studiorum

Academiae Groningae

Ordinariae

MDCCCLXII

P. C A M P E R

Animadversiones Criticae
in Illustris.

G. L. B. VAN SWIETEN

Commentaria

D E V A R I O L I S.

Auditores Nobilissimi, sollertissimi!

Desiderastis a me, ut ante dis-
cessum meum de morbis cuta-
neis dislicerem, auscultavi, et
inter eos Variolas primas tenere
ostendi; atque ea opportunitate
quicquid de hoc pestilentiali
morbo ex aliis collegeram, aut in
praxi mea videram, vobiscum

Cc

com-

communicavi, etiam has qualescunque in Ill. van SWIETEN animadversiones, quas utpote in vestrum commodum natas, Vobis dico et dedico.

Nostis me, dum eas proferebam, semper ea cum reverentia Eximium hunc Medicum tractasse, quae ejus meritis in universo studio medico debetur, et quam cuique tribuere soleo.

Urgebat tamen officii mei ratio, ut errores, et contradictiones exponerem, quae in ejus eximio oper super hoc morbo reperiri videbantur: id enim summe periculosi habent Illustrium Virorum errores, ut contagii instar se spargant, et postmodum
non-

nonnisi difficulter , si unquam radicitus extirpentur.

Has igitur meas examine animadversiones sine ulla praejudicata opinione: nolo enim, ut in verba juretis magistri, nolo ut imit, emini, sed ut nobili ambitione incitati Praeceptorum tuo antecellatis, veritatis semper memores.

Dissertatio, ad Acad: Reg: Scient: Tolosae missa ansam prae-buit his adnotationibus, eam ad umbilicum per duxeram paulo ante finem anni 1771. Satisdiu igitur antequam Ill. SWIETENII Tom. V. publice distrahebatur, prodiit enim aestate anni subsequenter 1772. Ingenti tamen desiderio flagrabam, ut cer-

to noscerem , quid non tantum de hoc morbo , sed de Infitione praefertim , meditatus fuisset Vir Illustris ?

Gaudebam Medicum tantae celebritatis suis observationibus , et animadversionibus simplicissimae meae methodo , licet ab Acad. Reg. Scient. Tolosana communi suffragio comprobatae , auctoritatem et pondus addidisse. Infitionis enim historiam in praefatione describens evidenter demonstrat , praeparationem omitti posse sine noxa , remedia esse supervacanea , et cibos cujuscunque generis sine incommodo concedi posse aegris , modo iis assueti sint. Contra BOERHAVIUM senes non minus facile quam juniores

niores morbi vim ferre , cet:
 Salivationem , faciei , manuum
 pedumque tumores a multitudine
 papularum feu pustularum me-
 cum deducit et plura alia , quae
 singula enumerare nolo. Sed e
 contrario circa infitionis emolu-
 menta , circa remedia et alia , ita
 ratiocinatur , ut argumenta ejus
 feyeriori examine digna censeam.

Agit Ill. Auct̃or ex industria
 de Infitionis origine , et commo-
 dis a p. 142. ad 150. sed , ut
 emolumenta infitionis evertat fa-
 cilis , statuit p. 143. se nunquam
 neque ex suis diariis , neque ex
 Viennensibus indicibus numerum
 morientium a Variolis rite deter-
 minare potuisse , quoniam mor-
 tuorum , quidem , sed eorum ,

qui hoc morbo decubuerant, numerum eruere non potuit. Potuisset tamen mortuorum numerum indicare, ut de strage, quam pestis haec Viennae facit aliomodo judicare possemus; potuisset ratione habita omnium civium excognito numero mortuorum probabiliter determinare hunc numerum. Sed, placuit ipsi potius subungere Indicem paucorum, quorum numerus certo constare potuit, scilicet eorum, qui in schola militari Viennensi, in collegio Theresiano, in Orphanotrophio, Domo pauperum et in Nosocomio Pasmaniano naturales variolas passi erant. p. 145. quorum numerum fuisse 355. notat, e quibus tantummodo 7. perierunt.

rierunt. Inter eos autem proprium filium numerare debuit, qui unus ex 30 fuit. *Concludit* ex hac exigua et vix memorabili tabula tamen, *Viennae periculum tantum non esse quam alibi*, ex 50 enim solummodo unus mortuus est; *durumque esse propter leve discrimen sanum hominem exponere periculo ex insitione secuturo!* Ego autem e contrario p. 4. non ex 50. unum tantum, sed 12. periisse statuo, seu ex. 13. duos, vel ex 4. unum! quanta differentia? consentientibus tamen summis medicis supputationem feci, et hanc proportionem determinavi.

Ipse ex quatuor filiis eodem tempore inopinanter A. 1761.
con-

contagio correptis , natu minimum lugeo. Meminique Parentes meos ex octo infantibus duas filias hoc terribili morbo perdidisse. Ubique similia occurrunt. Sed cedamus Illustr. SWIETENIO ex 50. tantum 1. mori. Constat hodie ex 4.679. inoculatis (p. 4.) unum tantum fatum subisse. Ergo juxta SWIETENII hypothesin numerus mortuorum , si naturali morbo fuissent correpti , esset 93. qui sane haud exiguus est , et ideo magis conspicuus , quia infitione servari potuissent 92. Sed videamus ulterius utrum periculum Viennae magnum an exiguum sit ?

Igitur , si Viennae darentur 100.000. Cives , et quemadmodum

dum demonstravimus (p. 37.) ex 100. regulariter 5. morbo apti non essent, tantum afficerentur 80 000. e quibus Juxta SWIETENIUM moreretur $\frac{1}{50}$. adeoque 1.600. an non hic numerus ingens est obsecro? et quidem eo magis, quoniam infitione servari potuissent adminimum 1.578. Nonne et inde, patet infitionem, seu artificiales Variolas, naturalibus multo esse benigniores? Sed objicietur, non eodem anno omnes affici, recte; si spatio 10 annorum id contingit, nonne singulis annis naturalibus praeter necessitatem 157. interirent? an Patriae, an Civitati indifferens esse potest, utrum tantum numerum perdat, et saepe ex optimis

civibus , quos probabiliter conservare posset ? an quidem in tota medicina remedium datur , quod tantam polliceri potest efficaciam ? quid non moliuntur Batavi , et eorum exemplo Vicinae nationes , ut ex submersis aliquot restituant ? quantum eorum est gaudium ubi per late extensam patriam 5 vel 10 conservant ? quantum non foret , si aequae tuto
 157. Patriae singulis annis reddere possent ? sed progrediamur ulterius , quod non emolumentum inde sperandum 100. annorum spatio ?
 15.780 fervarentur , etsi ad natos respicimus , quos tam ingens numerus hominum produceret , vix quantitatem verbis (a) exprimere

(a) Si modo quatuor generationes in uno
 foe-

mere valeremus. *Concludo* itaque,
Discrimen adeo leve non esse VI-
ENNAE, quam quidem Ill. van
SWIETEN statuit!

Commentaria autem sua con-
 scripsit, antequam DIMSDALE-
 US, GATTIUS, et WAT-
 SONUS observata sua publici
 Juris fecerant; et si verum fateri
 volumus, statuere debemus op-
 timae methodi Variolas inferendi
 epocham eo tempore, quo Im-
 mortalis DIMSDALEUS hanc
 artem emendavit, atque tanto
 cum succesu exercuit. Hoc

D d 2 ipse

foeculo statuimus, et ex singulis conjugiiis
 quatuor infantes; numerus infantum foret
 363. 400. et 15. 780. summa omnium
 3.79.180.

ipse posuit (a) in mense Januarii
Anni 1765.

Profundo interea silentio Ill.
SWIETENIUS hanc metho-
dum transit, ejus emolumenta
non modo non memorat, sed
stupendum numerum eorum, qui
ab hoc morbo sanati fuerunt, re-
ticet; magna autem ostentatione
citatur illos infelices casus, qui
ante infitionis veram epocham
contigerunt, et praecipue tales,
qui valde singulares etiam tum
fuerunt, nullum alium finem,
quam ut ab infitione deterreat
juniores medicos, quemadmo-
dum a p. 145 ad 150. videre
est.

Etiam

(a) The present method of inoculating for the
small pox. 3. Edit. p. 79.

Etiam et haec non attingerem, dummodo cordatius egisset in *praefatione*. In cuius initio aperte *fatetur* se historiam Variolarum finivisse antequam ullus ex Augusta familia passus erat variolas; *seque* tum tantum *aliquid* *audivisse* de *Suttoniana* *methodo*. Cuius *successus* quidem *celebrat*, *sed non corrigit*, *non revocat*, quae tam abunde *exposuerat* in *commentariis* jam tum *impressis* *adversus* *Insitionis* *emolumenta*.

Oportuisset Virum Cordatum, qui suae auctoritatis conscius erat, candide, et aperte fateri, se ita *sensisse* eo tempore, quo nondum tot *praeclara* *experimenta* ab *Illustribus* in arte *Viris* *capta* *essent*. Potuisset consulere *Celebrem* *IN-*

GENHAUZIUM, qui Viennae tantam sibi hac Curatione famam jure merito comparaverat, de quo BICKERUS testatur (a) eum adseverasse DIMSDALEUM A°. 1769. 5000. infitionem tanto cum successu administrasse, ut nullus perierit!

Utitur et aliis stratagematibus, ut Medicos juniores, imperitosque, nam his solis scribit, ab infitione Variolarum deterreat: *Nempe, Hagae comitum prohibitam fuisse*, ac si ideo necessario noxia esset haec methodus! minime. Hodie addere possumis A°. 1769. etiam ZWOLLAE et A°. 1773. LEIDAE atque AMSTELAE-DAMI

(a) Tissots, en Bickers raadgeving: 3. Druk.
p. 575.

DAMI prohibitam fuisse. Sed,
an ideo Infitio rejicienda foret?

Magistratus hi, securitati concivium fuorum consulentes, recte, et laudabiliter egerunt. Nam scopus fuit praevenire, ne ab artificiali morbo reliqui cives praeter necessitatem adficerentur: vel, si jamjam epidemice grasparetur morbus, ne ulterius se spargeret, et perpetuus redderetur.

Nemo negare potest, aequae contagiosas esse artificiales quam naturales Variolas; Et si non essent, tum certo certius eandem non haberent indolem, atque aegros certos non redderent, neque adversus contagium novum securos. Magistratus igitur recte facit,

facit, si vetat, nisi fieret in loco, vel Nosocomio in latissimo campo procul ab urbe sito, atque omnibus iis cautelis, quibus ad avertendam pestem utimur: vel consentientibus omnibus civibus.

